seuntibus: orientales t occidentales gothi primū t vere dictū sit.
Illi aut in Bothia in septentrione ad oceanū in terra algidissimā:
haud in oriente degunt. Maleqz t absurde aliena nomina eis usur-
pant. De hoc vide paulū diaconū lib. xvi. cap. ij. Orientales quoqz
gothi Misā t Traciā ceterasqz pstantinopolitani impij prouinci-
as ingressi sunt: quos impator expauescens t ab imperio pstantino
politano semouere cupiens: cum Theodoricō rege eoz ad liberan-
dam Italā contra Odoacrū misit. Hi per Seremī t Pannoni-
am gradientes: cum prope Aquilegiā circa flumī Sontī se suaqz
iumēta reficerent t pabularent: Odoacrū cū grandi exercitu veniē-
tem t eis oppugnationē inferentē fuderūt. Qui fugiens Romam
peruenit: t quia clausas ei portas reperit: retrocedēdo ad Rauen-
nam cucurrit. quē Theodoricus obsidiōe cinxit t post triennium
cū eo cōpositiōe facta dolo occidit: totiqz Italie dñsatus est. Qui au-
tem reges gottorū in Italia Gallia t Hispania fuerunt de facili ex-
historicis colliges: qm de his non est mibi intentio principalis scri-
bendi. Iubris aut sine Hungaris de Sarmatia asiana in Panno-
niā abēntib⁹ reliquie Gottorū aucte t multiplicatae sunt: quas thar-
tari ab oriente superueniētes in toto deleuerunt: sed t ciuitates ca-
stracqz demoliti sunt: vt solū in thaurica insula residui reperirent.
Verū Januenses ex Italia Theodosiā seu Laffam vrbē famosam
in Thaurica insula subipsis obtinuerūt t coloniā fecerūt: tandem
thartari de familia Vlanor de quib⁹ infra dicet per portā septen-
trionale insulā ingressi: totā cū opidis pagis t campis occupaue-
runt: ducibus de Manknp (qui generis t lingue gothorū fuerūt)
dūmtarat castrum Mankup retinentibus. Postremo Machomet
octauus imperator thurcorū aius moderni Selambeci imperato-
ris thauricam insulam cōprehendit Laffam expugnauit: tharta-

De sarmatia asiana

ros Prekopenses seu Olanos cum toto Cheroneso omagiales sibi fecit: Et ultra insulā ad septentrionē castrū Azow in ripa Tanais incastellauit et in hunc diem thura tenent. Binos quoq; duces et fratres de Mankup vnicos gothici generis ac linguagj supstites (ha spem gregis gothorum prolificandorum) gladio percussit: et castellum Mankup possedit. Sicq; gothi penitus: tam circa sarmatas quam in Italia Hispania et gallia extinti sunt: nec eorum genelogia per amplius comparet.

C Capitulū tertium de Alanis: Vandalis et Suevis.

Vani fuere gentes in alania regione sarmatiae europeane: flumini Tanai contigue et cōtermine. Et est regio plana sine montibus: paucas sinuositates et collectas habens: caret colonis et habitatoribus: quā ab invasoribus electi et dispersi: in alienis prouincijs consumpti et extinti sunt. Stant campi Alanie late profusi: tam alanis qđ aduenis possessoribus orbati ac deserti: dumtaxat interdū Kazaci eam pertranseunt: querentes ut moris eorum est quem deuorent. Kazak thartanicū nomen est: Kozak vero Rutenicum: valēs in lingua latina seruile stipendariū: grassatorem seu reytteronē: spolijs enim viuunt: nulli subiecti gregatim latissimos et vacuos campos tres sex decem viginti sexaginta. et c. numero percurrentes. Crescit in illa terra calamus aromaticus vberime (tatarskyezele) a Polonis nomine a thartaris mutato nuncupatus. quoniam non longe a thartarorum regione crescit et multiplicatur. At Vandali sunt et fuerunt populi germanie ut suis traditiōibus celebrat̄ Plinius: Suetonius Tranquillus: et Cornelius Tacitus: secus flumen Vandulum: a regina eorū in libamē et sacrificiū dūs suis pro victoria ex ini micis adepta: sponte in ipso submersa appellatū. Hoc flumen istūla et Vistula vocat̄. Ut aut̄ de vandalis cōpletior historia referat̄: accipiendū est qđ Slavi ex iavan filio Japhet per Melisam procreati sunt. Moe siquidē genuit Sem Cham et Japhet. Japhet vero Iauan qđtogenitū et fratres eius. Iauan iuxta mare ioniu et egeū grecos edidit et multiplicauit: simul et Meladicos seu Eolios: slauosq; p̄ filiu suū Melisam propagauit: a Iauan em̄ ioniu mare dictū est: hebrei quoq; ionios et grecos lingua eorū iauan vocitāt. Hec est sententia Josephi de filiis Moe. Slavi itaq; mox post grecos ad occidentē terras possederūt: Serniā: Rasciā: Dalmatiā: Misīā: bulgariā: bosnā: croaciā: pānoniā et Slavoniā. fuerūt aut̄ p̄ncipes

Liber primus

Lech et Czech bini fratres: Iauan nepotes: de semore Melise descendentes. Croaciā ac Slauoniā per Krupe flumī rapidū et velocem disternatas: sorte cū cognatiōe et familijs eoz inhabitantes: regiam locūqz principale sue residentie in Psari castro ac villagio eius nominis tenentes: villa vscqz in hodiernū dīc cū suo nomine Psari permanet ad fluenta Krupe: plures iubaiques et colonos: nostro euo etiā linguislā slauonici habēs. Castrū vero demolitū solas ruinas et fundamēta arcis demonstrat. Cum aut ex multiplicatōe hominū et genelogiaz Dalmatia Croacia et Slauonia eas non cōprehendentii se penumero iurgia et cedes inter fratres: principes et cognatos pullulabant. Qua propter prefati duces Lech et Czech vitando pes sima facinorā: patricidia et mortes hominū animo cōcordē et consilio salubri: collectis rebus et gentibus eoz per familias et colonias cū tota supellectili quātulacunqz tunc habebat: relictis sedibz na tūis: ad occidē tales diuerterūt regiones exploratū ire et percontari nouas sedes. Sciebat nāqz orientales meridionalesqz regiones colonis et habitatoribz occupatas atqz refertas: et iccirco fructra eas aggrediendas et querendas. Profecti itaqz peruenere in Moraniā et Bohemiā: et lustrata vniuersa illa regiōe: vasta quidē et nondum culta. Perspecta et aura eius salubri et gleba fertili: fixerūt tentoria in monte qui Rzip dicit: cepitqz Czech frater minor: loci amenitate delectatus: a maiori natu germano suo Lech plurimis instatūs petere terras Morauie et Bohemie in hereditatē sua: posterorūqz suoz perpetuandas et populandas. Lech aut ad obeundā et nutriendam beniuolentiā fraternā: pdescedit votis petitōibusqz Lech: et valedicens pcessit cū suis versus orientē et septentrionē. Deniensqz in terras incultas: a nemine vncqz habitatas Slesie et maioris Polonie: suos suaqz oia exposuit et firmavit. Multiplicatōe Lechite qui et poloni in his locis maioris polonie et Slesie: creuerunt deo volente in maximo numero: et impleuerūt Vandaliā. i. Poloniā iuxta flumen Vandalū qui nūc Visla nominat. Impleuerūt pomeraniā Cassubia et totā regionē secus mare Germanicū ubi nūc est Marchia Lubek et Rostok vscqz ad Westphaliā: sortitiqz sunt varias nominatiōes scdm varietatē locoz que inhabitarūt: et hi qui penes flumī Sueniū: nūc in thetonico Spre sei sprewa dīctū: cōmorati sunt: Sweiū nuncipati: et alij iuxta eos Burgundiā casis et aceruis quos lingua sua polonica (brogy) vocant: appellati sunt. Sicqz de reliquis (Dreixanye et Trauyane) a copia li gnoz et grammī nomina pcepterunt. Tempore aut impatoris Aus

De sarmatia asiana

gusti: ut resert Bergomensis in supplemento Burgundorum octuaginta milia ex septentrione venientes ripas Reni insederunt: quos Drusus et Liberius nepotes Octavianus: ut resert Paulus Orosius: expulerunt et repedare in conatas sedes copulerunt. Tandem Drusus Renum et Albinum fluvios transiendo pugnauit: albis fluminis est quod Bohemiam et misnam usque in mare germanicum decurrens labitur in bohemico nuncipatus) et in Suevos et Burgundos incidit: quibus cum cruentissima pugna egit cum victoria: sed victor Drusus in eodem prelio per ferocissimam Suevorum gentem necatus occubuit: et in magnitudinem relatus: sepultus querit. Exinde cesar Octavianus ut mitesceret sub mitiori celo sueuos ut inquit Suetonius tranquillus traduxit in Galliam atque in primis reno agris collocavit: ubi urbs Augusta in honore imperatoris Augusti structa est: quod translati in hanc diem Suevia priori patria et Vindelici a lingua Vindelicorum atque Slavorum nominantur. Ipsaque urbs Augusta: Vindelicorum Augusta dicitur. Hec referunt prefatus Suetonius tranquillus et Martinus in sua Martiniana partescenda sub descriptione cesaris Augusti: tametsi Suevi de prouincia eorum cis mare Germanicum sita educti fuerunt: alij tamen poloni Vindelici et Slavi subintrauerunt et illam regionem repleuerunt. Unde Valentiniani imperatoris ut dicit Orosius et Bergomensis in supplemento. Burgundi iterum ex septentrione de terra Vindelicorum surgentes ad Rodanum flumen protransierunt: et quod pacifice illas terras colluerunt a vicinis eorum intacti Burgundia ex suo nomine vocata constituerunt. Sed Vindelicos circa Lubek Rostok. Meckelburg et flumen Suevum: imperatores Henrici: tandem gentiles Christum colere nolentes expugnauerunt. Sicque ad extremum Henricus tertius denictis predictis gentibus: theutonicos in eorum loca induxit et locauit: resert quoque historia eiusdem Henrici tertii: quod quanto reges Vindelicorum capti diebus festis et diebus coronationis sue: lebetes et caldaria in ignominiam eorum ad cognatum eius ferebant. Deinceps tamen verum usque in hodiernam diem perdurant vindelici seu Slani in illis locis circa Lubek rostok Misnia et Marchia non in urbibus sed in pagis et villagijs: principes hi qui Sarbi et Vindelicorum priscam in nominatione locorum castorum et ciuitatum Nam Lubek rostok Meckelburg. et cetera nomina sunt polonica.

Capitulum quartum. Continuatio de
Vandalis Alanis et Suenis.

c iij

Liber primus

*S. Iohannes Damascenus
numerorum iudiciorum*

Gexpulsi Alanis e suis sedibus ad Vandaloſ declinauerunt: et ſimul Pannonia intrauerunt: ipsamq; quaſi ſexaginta annis in habitarunt: poſtea Rempū. Roma noꝝ inuadentes Gallias affluerunt. Et exinde ut reſerunt historici ad Vandaliā ſeu Poloniā redierunt et uſq; ad tempora Stiliconis comorati fuſt. Intulerūtq; vt ex quibidoꝝ signis ducioꝝ imenſam multitudinē argenteoꝝ cū figura et effigie Adriani imperatoris: prout titul⁹ et ſuperscriptio oſte dit: quā moneta in hanc diē eſt reperire apud Polonoſ ſecis de cursu aquar⁹ et illuſia pluuiar⁹ et in campis in cultura agroꝝ: vo cantq; eā ruricole denarioſ ſancti Ioannis baptiſte: ppter expreſſam imaginē capitis et colli ad ſimilitudinē capitis ſancti Ioannis in diſco. Tempe aut̄ Honorū impatoris Stilicon comes Romānus: cupiens filio ſuo Eucherio apicem et culmen imperij aquirere Vandaloſ: Sueuos Alanos et Squadoſ occitauit ad arma et ad perturbandum dominium romanorū. Qui in Gallijs debachantes diuina et humana pefundarūt atq; deſtruxerūt. Deinde Gothis ceden tes Hispanias penetrauerunt et nunchas nunc illas terribili men te affluerunt: Deinceps ad Afſrica occupandū: p Bonifaciū p̄incipē Ro. euocati transierūt: et illā ferro et igni vastates aquisine runt. Prīo itaq; anno Gratiani puta anno dñi tricētesimo octua gesimo primo et deinceps: ſup Vandaloſ de regno Polonie exuen tes regnauit Modigilius annis triginta. Post hunc filius eius Gundericus in Hispanijs annis ſedecim: hic capta Hispali: cū manus in ecclesiā ipſius ciuitatis extendisset a demone corrept⁹ interiuit: cui Gensericus frater ſuccellit ut refert Paulus diacon⁹ ab hispanijs ad Afſrica transiens: cunctā pene afſrica: ferro flamma rapiniſ crudelissime deuastauit: fidē catholica impietate arriana infectus ſubuertit: epifcopos exulanit. Sub hoc turbine: teste eodē paulo diacono et Poſſidonio beatus Auguſtinus eþs Hipponeſie ſue ciuitatis ruinā cerneret expletis annis vite ſue ſeptuaginta ſex migravit ad christū. Deinde Gensericus Cartaginem inuadit atq; capit cū validiſſimo exercitu ex Afſrica aduetus Romā ſpoliat: multa milia captiuoꝝ cū regina Eudoxia et duabus filiab⁹ in Cartagine duxit: quā Transamundo filio ſuo in matrimoniuꝝ copulauit. Campania et Apulia flammis pſumpſit. Capua et Mola pari ruina ſtravit. Inter has peccatas vir p̄iſſimus Paulin⁹ Mo lane urbis eþs: p cuiuſdā vidue filio ſeſe in ſeruitutē tradidit: regnauit Gensericus annis q̄draginta octo: eo mortuo ſuccellit Mo

De sarmatia asiana

noricius filius eius: qui effugatis amplius q̄. ccxxxiiij. catholicis ep̄is: et ecclesijs eoz clausis: plebem varijs supplicijs affecit: et qdē innumeris manus et linguas abscedit. Illis tñ expeditissime loq̄tibus: vt refert beatus Gregorius in. iij. libro Dialogor̄ et Paul⁹ diaconus in gestis ro. Tandem iudicio dei paſſus: scatens vermis: miserabiliter expirauit: post hūc Suntamūdus nouem annis regnauit: post quem Transamūdus q. cxx. ep̄os in Sardinia exilio relegauit. Deinde anno. dñi qngētesimo vigesimo regnauit hildebertus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniani impatoris a Gēserico captiuata genitus: hunc pater Trasamundus ad mortē veniens: sacramēti nodis astrinxit: ne vñq̄ in regno suo catholicis p̄suleret. Qui mox patre mortuo anteq̄ regnū susciperet: oēs catholicos ab exilijs iussit reuocare: et ep̄is ecclesias reformare: regnauit annis octo. Hunc Silimer pimens: annis qnq̄ post eū regnauit: q̄ tante crudelitatis fuit vt nec parētibus parceret. Tandem Bellisarius patricius a Justiniano impatore missus est ad affricā: q̄ magnas copias Vandaloꝝ fudit: regēq̄ eoz Silimerū viuū capiens catena argentea vincitū Justiniano Constantinopolim misit. Sic vandaloꝝ regnū in affrica deſtructū est. Habes ex p̄dictis q̄ vandali Sueui et Burgundi fuerūt de regno Polonie: a locis Polonie que in habitarūt appellationē et noia sortiti: lingua et sermonē Polonicū p̄fidentes et loquētes. Habes scđo q̄ p̄fati populi Vandali Sueui et Burgundi: germani et non sarmate neq̄ scithe fuerunt. Ideo Sigisbertus Vincentius in speculo historiali et ceteri antiqui ores incōcinne et iniuste scithas fuisse scripserūt. Collige tertio q̄ predicte gentes non de Scandia insula sed de Polonia oriūdi: partem Europe occidentale et Africā perturbauerūt. Onde non recte antiquiores dixerūt eos scithas ex scandinauia insula: cū scithia p̄prie sit post Tanaim in Asia ad orientē. Scandia vero siue scandinauia fuit et ad occasum solis post mare germanicū in septentrione: Dacie coherens: quā rex Dacie possidet: multis milibus passuum a scithia distas. Valde ergo indistincte ac imptinentē: et iam dicte gentes: alaniq̄ gothi et hugui ab inerptis de scandia dicunt exisse: cū in ea nunq̄ fuerūt nec eā penetrauerūt aut p̄tigerunt. Collige quarto q̄ Poloni Bohemi Sueui et oia genera slauor̄: post diluvium in hanc etatē in suis sedibus et p̄natris regnis permanēt et non aliunde supuenerūt. Nec est ver q̄ fassus est Blond⁹ (salua venia tanti historici in alijs doctissime scribētis: et modernor̄ seq̄ciūq̄ eoz) q̄ slaui a Tanai et Bosphoro ascēderūt in Iliricū Dalmatiā

Liber primus

et Croaciā. Lech quoq; et Lech principes Polonoz et Bohemorū ad occidentē diuerterunt: et terras Vandaloꝝ post egressum ipsorū in Gallias intrauerūt. Cū Slaui in ipsoꝝ princijs et principes Lech et Lech in Polonia et Bohemia a diluvio in nostrā etatē permane runt: permanent et deo fauente permanebūt. Verū tamen verū Ru teni cum suis principibus ascenderūt eo tēpore et alijs de Russia et Bosphoro in Iliricā et Croaciā et spolia referebat pinguiā: nec illic permanerūt. Etia exēnt de vandalia seu Polonia armigeri sexaginta milia: nō nunq; centū milia ad oppugnandū hostes: nec per hoc desertaꝝ regnū Polonoz. Cū ciues: mercatores: et coloni agroꝝ in opidis et villagjis intacti permanēt: absq; desolatiōe: sic q; non sint loca ingrediendi et occupandi exteris: sicut fuit et tpe Honorij cesaris quando Vandali pugnatores dūtarat exinerāt in Gallias. Et adhuc inquit historici: q; regressi Vandali (qui primū gallias affligebat) sedes eorū in Vandalia inhabitauerūt: ergo alij ipsas nō occupauerūt. Collige quinto q; linguagiū Slauoz amplissimū est: et diffusum: plurimas terras et provincias possidēs: veluti sunt Ser uij: Misij: Rasci seu Bulgari: et Bosneñ. thurco hac tempestate subiungati. Veluti sunt Dalmate: Croate: Pannonij: Slani: Carni: Bohemi: Morani: Slesite: Poloni maiores et minores: Mazou te: Pomerani: Lassabite: Sarbi: Ruteni: Moskouite. Hi omnes Slaui et Vindelicī sunt per ampla regna inhabitantes. Sed et Lith nani iam slauonisant. Hungardi quoq; pleskouien. Smolnenses et Ohulici: vide cronicas eoz et cosmographias. Collige sexto: q; cis mare Germanicū: Poloni: Suevi et Burgundi: plumpi et extermi nati sunt per Henricos impatores: dūtarat Garbis et Vindis seu vindelicis adhuc manētibus: ut expressum est supra.

Capitulum quintum de Iubris.

Vixi de Iubra terra scathie septētrionalissima et frigi dis̄sima: iuxta oceanū septentrionis: a Moskouia civitate Moskoy ad orientē et septētrione quingentis mis liaribus magnis Germanicis distante: ascenderunt et venerūt per terrā planā ad meridiē in regionē gothorum in scathia: ubi nunc chartari Zahadaien seu Zauolhenses degunt. Presseruntq; sui multitudine et eiecerūt gothos de gothia in sarmatiā. Cūq; coahuissent et pene in infinitū multiplicati fuissent. Audietes a venatoribus qui ceraꝝ sequentes transierant flumina

De sarmatia asiana

Dolhe & Tanais) q̄ esset terra sarmataꝝ Europe fertilioꝝ & aure
mitioris: coaceruatim prefata fluvia transnatantes: sarmatas &
rutenos p̄flixerūt: gothos q̄s in sequentes: cum eis in Misia & Tra-
cia bellariūt: & eos superarunt. Intrantesq; pannoniā solo vino &
regionis vberate delectati: mansionē in ea fixerunt. Maternū & de-
tricū capitaneos romanorū cū eoz gentibus aggressi p̄flixerunt: &
Materno occiso: Detricū in fugā verterūt: preterea regē elegerunt
& supra se p̄stituerūt virū vaſrū animosum & strenuū Attilā nū
cupatū: quē hungari suo idiomate (ethele) vocāt. Is aduocatis et
& recensitis multis regib; & gentib; Gallias ingressus: eas tira-
niter & crudeliter vastauit. Et cū ad campos Cathalaunicos longe
lateq; patentes deuenisset. Ethius patricius cū romanoꝝ cohortis
bus: cū Theodorico rege Gothorū: multisq; alijs gentibus aduerso-
sus eum accelerabat. Quo cōperto Attila aruspices de victoria cō-
suluit: qui inspectis ertis: superatū iri inferiorēq; ipsum in illo bel-
lo fore dixerūt: adūdetes q̄ maior de inimicis occideret: putabatq;
Attila q̄ Ethius supremus dux partis aduerse caderet: aliquomo-
do de morte ipsius gaudēs (terribilis em̄ visa est ei potētia Ethij)
acies ordinavit & instruit: cauteloseq; ad vesperū: non in meridie:
tubas canere iussit & p̄gredi. Vbi numerosissimus populus cesus
est: & Theodoricus rex gothorū non Ethius: quod Attila optabat:
cedidit & occubuit. Attila vidēs se victimū: se & suos inter currus in
mediū castrorū recepit. Mox em̄ aderat: precepitq; e sellis equitū
in strē p̄geltis focū accendere: vt si impateret: precipitaret sese in
igne & arderet: potius q̄ in manus hostiū demeniret. Altera autē
die Thorismundus filius Theodoricā regis Gothorū: vltum iri cu-
piens necē genitoris: p̄tra Attilā acies instruebat. Ethius vero si-
spectā habēs potentiam gothorū tanq; & hugoꝝ persuasit Thoris-
mundo vt obmissa pugna ad possidendū solū paternū p̄pararet:
ne frater eius regnū preoccuparet: quo p̄motus discessit. Ethiusq;
& oīs exercitus ipsius solutus recessit. Tunc Attila exhilaratus:
spes iniquas vltionis coquebat: & e loco secedens vrbē Remense
obsedit & expugnauit: sanctāq; Nicasiiā eiusdē vrbis presulē cū so-
nore eius Eutropia: & oībus ciuib; trucidauit. Ad Trecas aut̄ cū
accessisset: occurrit ei pontifex sanctus Lupus & percontando dixit.
Tu quis es: cui ille Attila sum inquit flagellū ire dei: & Lupus arre-
pto freno equi eius introduxit eū cū suo exercitu in ciuitatē dicens.
Bene yeneris flagellū ire dei. Ille aut̄ cum suis cecitate percussus:
vt aiunt pertransiit urbem in partem alteram pacificans.

Liber primus

Aūt pauperrima habens decē filias timore perculta de sububio fugiebat: filiā postremo editā et in hibatu natam: in sindōe ad collū ligata gestabat: duasqz minorennes puellulas in umento quod ante se pellebat portabat: relique filie circū circa matrem gradiebant et ambulabant. Hanc cū bellatores Attila consecuti sunt: filie eius territe ad matrē concurrerunt: mater aūt stupida et sui incomposito viso fluui properanter currebat: volens se precipitare et in fluui submergere. sed milites eam insecati in ripa fluui rapuerunt et cum filiabus ad Attilam perduxerunt: que supplex ad terram procidēs gratiam precabatur. Qui Attila misertus datis pluribus nūmis et vestibus: liberā cum prole sua dimisit: sed et alijs qui cum ea adducti fuerūt propter ipsam pepercit. Deinceps Attila in Germaniam descendit: castraqz opida et villas eius vastabat: donec audiret qz Ethius et Gothi denuo nouū milite contra eum pararent: quo pmotus ad Pannoniā abscessit: et renouato exercitu vir vltiuus in Italia per Stiria et Coritaniā properabat. Ab exploratoribz aūt certior redditus qz Ethius et innumere gentes in radicibus alpiū operirent eum: declinauit et diuertit ad Dalmatiā et Histriā. euer siscz notabilibus urbibus iuxta mare Adriaticū: ad Aquileiam venit et per trienniū obsecuit. Et cū virtualia obsessoribus etiā in longinquō defecissent: militesqz pre inedia ptra eum murmuraret: Cepit iter obeqtare vrbe pspiciēs qua parte impeteret eam et dirū peret: viditqz auē que ciconia vocat: pullū suū e summitate arcis rostro in propinquū arundinetū portare: sic consequenter et aliū: Et exclamans dixit suem presciām futuroz: nosse vrbe pditū iri: ideo fugere: et inualescens ptra ciuitatē cepit eam: et more tirannico oēs quos in ea reperit in ore gladiū trucidauit. So tpe vrbis magnifica et prepotens Venetiar: ob metū Attila extorta est. Progrediens aūt ad Lombardiā Attila crudeliter afflxit et vastauit eam. Cumqz ad Ravennā venisset: aduolauit Leo papa obnixe et hu[m]iliter supplicās: vt a vastatione vrbis Rome et totius Italie sup sederet et cessaret: quod et fecit. Et dum pugnatores eius admirantes adiuvicē replicarent: qz attila nemine timeret: nisi bina aialia: lupū et leonē de pontificibz propter quos genti eoz pepercit para bolā sumentes. Respondit Attila. Naturū virū clericali habitu induitū iuxta leonē cū gladio bisacuto stetisse et vibrato gladio mortem ei cōminasse: nisi pacē redderet: petitorē exaudiēdo. Abscessit itaqz et in Pannoniā rediit. Celebransqz nuptias cū una pulcerissima virgine: multū vini hausit et in nocte inter cubandū apoplexia

De sarmatia asiana

suffocar: centū et vigintiqt; annis etatis expletis interiit: et san-
guis p; nares et os ipsius fluxit. Illa nocte Martianus imperator
in Constantinopoli per somniū vidi Attile arcū fractū: arcubus
enim gens Juhroz potissime vtebat. Defuncto aut̄ Attile insurre-
cerunt inter hungaros dissensiones digladiatiōes et strages: ita ut
plures eoz occisi perirent reliquos cū Chaba filio attile rex Sepi-
dar et alij olim attile subiecti de Pannonia expulerunt: qui in Eo-
thiā p; paludes Meotidas transierūt: tria vero milia ex eis inter-
eindū de Pannonia segregarūt se ab eis et in Transsilvania man-
serūt: et ne a vicinis impeterent: Siculos in vulgari eoz (Czakle)
se nominauerūt. Qui aut̄ trans Meotidas et mare Euxinū pene-
trauerūt: se numero reminiscētes fertilitatis abundātieq; pāis et
vini ipsius Pannonicie suis posteris disserebat et narrabant: vtq;
in Pannoniā rediret hortabant. Factūq; est ut post mortē attile
anno tricētesimo primo: recēsitis pugnatoribus ducētis et sedecim
milib⁹: viā patrū eoz ingressi: iuxta paludes Meotidis p; Sarma-
tiā in Pannoniā puenerūt: tempibus Constantini imperoris q̄nti
et Zacharie pape videlicet anno dñi septingētesimo q̄dragesimo q̄ra-
to. Primūq; in Jaziges ascenderūt: et illic septē capitaneos elege-
runt: vnicuiq; eoz propter insultū inimicoz triginta milia pugna-
tor et signātes: et vt melius ab hostibus tuerent: septē castra: cuiq;
capitaneo vnū assignādo: nude et grosse de terra fecerūt et ererūt
a quibus septē castris in hanc diē terra septemcastrēsis dicit. Pre-
terea miserūt exploratū ire Pannoniā: quendam et suis militib⁹
Kusid appellatū. Is offenso et reperto rege Pannonicie Gwyatoplug
plughomie Slanus hic erat: nā et tota Pannonia terra slauor fuit:
licet Romani eis capitaneos et armigeros extraneos preficiebant
ipsum noie iuhron aduenaz presalutādo: equū albū cū sella et freno
deauratis obtulit: et parū terre aque et herbe ab eo postulauit:
quod rex Gwyatoplug pcessit: estimabat em̄ agricultas fore et tanq;
hospites aliquicpiā terre pro cultura exposcere: ideo subridens ait.
Habeat quantū volūt. Kusid ergo lagenā terre: alterā aque Dan-
ubij: tertīā graminis reportavit: et que egit suis exposuit: iuhri co-
gnoscētes Pannoniā terrā feracē et optimā esse: noie primi prefe-
cti Arpad nūcupati: Gwyatoplug int̄mauerūt: vt pamplius i ter-
ra eoz: pequo albo sella et freno deauratis empta nō maneret. Is
sero intelligens bellū ei imminere exercitū coadūabat. Iuhri aut̄
feline accelerātes ad regē ipse Danubijn venerūt: et facta pugna pā-
noniōs cum rege eoz profligauerunt. Rex quoq; Gwyatoplug a
facie corum fugiens in Danubium iūcidit et quis vehementibus

Liber primus

absorptus perijt. At Juhri slauos incolas Pannonicie trucidarunt
terrâq; eoz in hanc horam possederunt Slavis vndiq; in finibus
Pannonicie remanentibus et habitantibus. Accipe primo q; Juhri
a Juhra regione scithie de qua oriundi exiuerunt: vocati sunt: et usq;
in nostra tpa a Bohemis Polonis et Slavis hugri appellant: ab
alio aut hugui tandem et hungari dicti sunt. Accipe secô q; idê lin-
guagii et loquela pronunciatioq; acuta: sunt Juhroz in hungaria et
illoz q; in Scithia in ihera degut. Vez hungari in Pannonia chris-
ticoles sunt et politiores abundantioresq; in oibus. Juhri aut in sci-
thia usq; buc: idolatre sunt et agrestes. Accipe tertio q; Juhra septem-
trionalissima est absq; altissimis et inaccessibilibus montibus: nec
tantis ut sunt alpes iuxta Italiam: neq; sicut montes sarmatici. Non
recte ergo quidâ historici tradiderunt dicentes huguos exisse de pun-
cia eoz de montibus maximis et inaccessibilibus. Enimvero sunt
montes in Juhra cu densis silvis: patentes et bene pmeabiles: qntis
tatis medie et altitudinis petrosi et saxosi quales sunt p totu septen-
trione in fine terre iuxta oceanu septentrionalis: et scias q; ex oceano
septentrionalis: quidâ pisces: idiomate Moskouitaz moris nuncupa-
ti in summitate montis mari adiacetis scandit: et dentes fricido se
in ascendendo appendunt: de culmineq; montis deorsum in partem alte-
ram plabunt et cadunt: quos Juhri et ceteri incole septentrionalis capi-
unt: dentesq; eoz q; pôderosissime sunt grauitatis in Moskouia
mittunt et post ad thurcos et thartaros. De qbus manubria et tena-
cula ensiu frameaz et cultelloz faciunt: vt impetuosiore ictus graui-
tate adiuuante impellat. Accipe quarto q; montes Riphei et Hiper-
borei non sunt in rex natura: non in Scithia: non in Moskouia:
nec usq; locoz: et cu fere oes cosmographi asserant: Zanaim: Edel-
sea volham: Dzwina: et magnos fluvios ex predictis montibus es-
fluere: conficta conficte: et potius fabulosa inexperti scripsere. Fluit
Zanais Volha et maxima flumina ex Moskouia: de terra plana
scenosa et nemorosa: nullis montibus obsita: prout de Moskouia
cu peruentu fuerit dicâ si deus annuerit. Reuerendissime domine
presul hic est baratrâ profundissimâ ppter clarissimos scriptores
montes ripheos et hiperboreos ponetes. A quor cōtradictio tua
amplissima dignitas me tneat et defendat: pro oibus argutis rati-
onibus: experientia rex opponendo: vt qui non credit: videat et expe-
riat q; ita est quemadmodum dixi. Accipe quinto q; vhri in Juhra sci-
thie no colunt agros: no seminat: no habet panem vinum aut cernisiâ:
degut miserrime in silvis et fongis subterratis: piscibus vescendo et

De sarmatia asiatica

carnibus feray: quaz copiam habet: et aquam bibunt: pessibus induant
et diversis animalibus in unum suendo: pelle lupi cervi vulpis mar-
duris. &c. Misera ergo regio est sub polo arctico ut dixit Hippo-
cras in lib. de regionibus aere et aqua. Subiecti sunt duci Mosko-
vici: et pendant pro tributo pelles sabelloz scismoz et similium: qm
alijs donatiujs carent. Accipe sexto: qd aliqui famosi cosmographi
et historici in illo angulo ad mare septentrionis temperatus in re-
giones sinerunt in quibus propter temperie et auram placidissi-
mam beate et diutissime vivant. donec tedium affecti de montibus sea-
se in oceanum precipitent. Hoc totum fabulosum est: qualis etenim be-
atitude sit: non habere panem merum et cetera delectabilia. quodlis tem-
peries est: ptinuam frigus qd illic est pati: in solstitio hiemali perpetua-
am et ptinuam noctem sentire. In solstitio vero estino permanentes
et parum tementes soles videre: sed hec obmitto. Accipe septimo: qd
in Iubra et locis septentrionis: non essodit aurum: argentum: nec alie-
minere. Nec correspondet fabule qd illi essent griffi et magne aues
phibentes fodere et efferre aurum. Unde secundum hoc dico (ptrarii au-
ctoribus antiquis) qd griffi non sunt in rei veritate in illa pte sep-
tentrio: nec in alijs partibus orbis. Afferit autem ad nos unus que
dam rapina viuens quantitatis aquile sed aliis et cauda plurioribus
qd aquila in similitudine accipitris et vocata eam moskonitec kizet eth
nostrorum vero homines vocata ipsam byalozerum quasi albicans splen-
doi qd subalba est secundum ventrem. Hanc oves rapaces aues accipitres
faltones et cetero rapto viuentes in tantum metunt: qd inspecta ea tre-
munt cadunt et extinguntur. Accipe octavo qd in septentrione post
Gotiam Sueciam Filandiam Iubram: et post mare Caspium non sunt
monstrosi homines scilicet monoculi: bicipites: canina capita ha-
bentes. &c. sunt nobis similes rare: sparsim: et abinusce distantes:
panci numero habitantes: colore ut frequenter lividi: propter frigus li-
uiditate corporibus eorum imprimenes. Hec vera sunt: et qui scripsit vero
scripsit: et secundus qd verum est testimonium eius.

Tractatus tertius de successione thartarorum per familias propagatione.

Capitulum primum de Thuringis.

In precedenti tractatu disgressivo diximus de quibus-
dam nationibus ante aduentum thartarorum: Sarmatiam
Asianam seu scibia per tempora et tempa inhabitantibus
s. de Amazonibus: de Scithis de Gotis et Iubris seu
d iij

Liber primus

hugnis. Cōseq̄nter dicenmus de validis gentibus ex thartaris L3a.
hadaicē originaliter disseminatis: q̄les sunt thurci: viani seu thar-
tari p̄ekopenses: et thartari Kosanenses: itē thartari Molaien. et
primo de thurcis pauca dicamus. Post aduentū thartarorū ex oriente:
in terrā gothorū quā ipsi L3ahadaicē vocāt: anno q̄si nonagesi-
mo. Quidā miles magni Cham noīe Ottomān⁹ fortis humilis et
fortuna tūc obcurus: viribus tñ corporis robustus et audax: ppter
certas ut ei videbat iniurias: et thartaris in quadraginta equis se-
cedēs: cepit occulte in Capadociā montes et aditus oportunos oc-
cupare: et ex oportunitate loci et tpiis predas agere: ad quē plurimi
grassatores: ut sit in huius ē genere hoīm pluxerūt et coaluerūt ve-
hemēter: ita ut qđ pri⁹ occultis insidijs egit: palā et pari marte tūc
cepit opida ciuitates et gentes inuadere et occupare. Et qđ non repe-
rit resistentes: ipse celer: manu audax et dexteritate fortunatus: p ter-
tores cōminatioñies et q̄ aliquay ciuitatū direptiones: occupauit et
possedit Capadociā: Pontū: Bithiniā: asiam minorē. Pamphili-
am et Līliciā. Itaqz ex ipso familia Ottomānoꝝ sine thurcorū ori-
gine duxit: qđ ab aglone pandet om̄e malū sup vniuersam terram.
Quod sāt Thurci p̄ pago et soboles sit thartarorū: identitas morū.
loquele et pugnandi demonstrat. Nam habitū modūq̄ equitandi
et arte in sedēdi: sagittis quoqz et arcubus pugnādi eundē habue-
runt et nunc ut plures habēt cū thartaris. Sermonē etiā et lingua
giū thartarorū cōnatū habēt: nō differt loquela thartarus et thur-
cus: nisi modice velut exemplariter diceret sicut Italus et Hispan⁹
vel Polonus et Bohenus. Ottomāno ex humanis rapto: filius ei⁹
Archanes scōs rex thurcorū successit: audacia et ambitōe patrii hand
absimilia sed disciplina rei familiaris longe peritior: quo factū est
ut dominū et imperiū a patre ceptū: suapte industria auxerit et con-
seruavit. Deinde tertius rex subsecutus est filius archanis nomine
Zimmuratea: hic grecis dissidentibus: et imperatore Trapezuntio
et Constantino de imperiis certantibus: in adiutoriū per trapesunti-
nū imperatore p̄recio euocatus: et in Traciā per hellespontū traie-
ctus: yafer et astutus enentū belli prorogauit atqz p̄trarit. Donec
grecia viribus et diuitijs fractis et enervatis: occasiōe habita in ea
arma vertit et Traciā occupauit. Eo defuncto pesantes quartus rex
fili⁹ surrexit: qui rex marimaz cupidus Macedonia Tessaliā pho-
cidem Boetiā Atticā sui iuris effecit: Bulgariosqz et Illiricos alli-
quis excursionibus debilitauit et suburbia egregie urbis Constan-
tinopolitane spoliavit et quitatē obsidione atqz fame intantū ex-

De sarmatia asiana

eruicauit ut imperator Constantinus ad italiā et galliā auxilia mendicaturus profectus sit. Sed deo disponete: Temir Kutla magnus Cham thartarorum: quem historici Temerlanē dixerūt: affligendo et tanquam fulgur asiam praeauseundo: incidit in pesaitē preparatum et occurrentē ei: quem profligavit: et captiuatu catenis aureis alle- gavit et abduxit: breuique dimisit: qui paulo post obiit: post hunc quoniam rex Alpinus appellatus regnauit: aduersus istum Sigismundus Hungarie et Bohemie rex ac Romanorum imperator: copiosum duxit exercitū. Collatisque signis tumultuose fuisse castra reliquit et paruo nauigio vix per Danubium: turpe sibi inuenit salutem. Amplius sextus in ordine rex thurcorum Machumetes tributa gravia imposuit: ex aerationibusque fines sui imperij dilatauit: preterea sublato Machumete morte filius eius Ammuratecs seorsim regnauit: hic Thessaloniam urbē illustrē euerit. Lipru et Etholiā subegit: tribalos illiricos et hungaros vastauit. Vladislau polonie et Hungarie regē in primis feliciter pugnante: ultimo congressu ad lacū Varnensem: Joanne Hunyad cum hungariorum et prelio secedentibus superauit et misere cū suis occidit. Elatusque victoria peloponесum vi cepit: et muros isthmi Corinthiaci fundit: deiecit: vita denique functus: Machumetem filium: octauum regē reliquit: quod Constantiopolim anno christi millesimo quodringentesimo quinquagesimo tertio: die ultimo Maii: post obsidiōis quartū et quinquagesimū diem: summa vi et extrema oppugnatiōe cepit: peram subinde opulentissimum opidū per deditiōe demoliti muris accepit. Bulgariorum et Rascia potitus: Smyderow magnificum calstrum rascie supra danubium situm adeptus est: et ex eo Dalmaciā et Croaciā in solitudinē redegit. Stiria quoque et Austriam penetravit: Deinde Wigropontū sub Venetis expugnauit: theodosiā nunc Laffam nunc capitatā in Thaurica insula: Januensium coloniā una cū prefata insula expugnauit et comprehendit: binosque principes de castro Mankup (ut fertur postremas gothorum reliquias) gladio percussit: et Mendligeri imperatore thartarorum in predicta Cheroneso Thaurica: sui iuris fecit. Moldauia et Valachia vastauit: et cū venetis sedecim annis cōtinuus pugnauit: cū Husacassan rege persay similiter cōtinuum bellū gessit: sepe vicit: nonnunquam et ipse vitor fuit. Obiit prima die Maii anno dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo primo: in Constantiopolis sepultus: per ipso Thaurci Baissetur filium eius ad imperium assumperunt. Zeliabris vero minor natu: filius machumeti indignatus ad Soldanum Egipti recessens et exercitū comparans: cū Baisseto infeliciter pugnauit et

Liber primus

ad Rodien fugit: quē magister ordinis Rodiēsis captiuū in Fran-
ciam misit: et postea Alexandro pape vi. obtulit. Ludovicus autē
rex Galliar̄ ad Apuliā psequendā per Romā transiēs: Zeliabū a
dño papa p tractū accepit: et inter eundū veneno an fatiga itine-
ris: incertū est: extinxit. Expugnauit aut̄ Baissetus nouus rex thur-
cor̄ Kiliam et Albū castrū in Moldania. Modon quoq; insulā et
urbē eiusdē nois: sub venetis vi et obsidiōe pquisinit. Cum Sophi
rege Persar̄ sepe pugnauit: et quasi semper succubuit. Dum autem
seuisset filius ipsius Selimzabeg quē nostri homines Selēbeg
vocant: imperiū sub eo arripuit: et Baissetus ad insulā in qua nu-
tritus erat deductus brevi occubuit. Decimus rex thurcor̄ Zelem-
beg modernus surrepto imperio: fratres suos necauit et extinxit: de-
inde minar christianis precipue Pannonie bellū inferre pposuit.
Deus aut̄ omnipotens ex celo suo iudicio aduersus eū Sophi re-
gem persar̄ p̄citauit: et aliquot prel̄ys p̄fictū superare pcessit. Tri-
bus aut̄ imperatorib⁹ postremo dictis Constantiopolis sedes im-
periū: quondā scđa roma dicta: domiciliū assiduū factū est: ita vt a
circūsitis incolis: presertim a slavis: non Bisantū nec Constanti-
nopolis: sed (Czarrow dom). i. dominus cesaris diceret: et est Constanti-
nopolis triquetre figure: duobus angulis mari adiacens: tertio
campos prospectans: eius ambitus decē octo miliaria italica p̄tinet
non habet grandia pallacia: nisi termas et scholas philosophanti-
um magnifice nouit structas: templū vero sancte Sophie hoc est sa-
pientie dei: qui est christus vera sophia patris: egregie olim edifica-
tum per Machumetē imperatore scđm thurcor̄ deiectū est: et stabu-
lum feraz factū. Roma vero italie rotunde figure: ambitu muroz
trigintaduo miliaria p̄tinet: fere duplo ambitū Constantinopolis
excedens: et habet septē colles et pallacia preciosa.

Capitulū secundum de familia thartaroz roy Vlanor̄ sine p̄ekopensium.

Vlera soboles et genelogia ex thartaris Zanobensib⁹
deriuata est thartaroz Vlanor̄: ab Vlano invasore
insule Thaurice cognominata. Vlan puella est et vir-
go: et q̄r vlanus de virginē vel puella genitus est sine
legittimo thoro: Vlanus nancipatus est: suisq; poste-
ris in Cheroneso Thauricano nomen indidit. Etiam virginē im-
pregnari et concipere absq; viro sp̄s nullū mi-

De sarmatia asiana

raciliū est: cum apud ipsos hoc sepius ptingat et predictetur. Est autē Thauricana insula inter paludes Meotidas: longitudinis virginis quatuor miliarium: latitudinis vero quindecim miliarium: habet tres ciuitates Solat Kirkel et Laffam: et duo castra Mankup et Azow: Solat thartari appellant Chrim. et cesare p̄ekopensem ex inde Chrimensem imperatore vocant: et ciuitas illa domus exiles habet: et est deserta pro maiori parte. Alia ciuitas minor est Kirkel: et supra eam in rupe alta est castrum ex lignis et argilla factū. In hac rupe ut fertur draco cōmorabat: et trucidabat homines et iumenta: propter quē incole fugientes habitationes propinquas vacuas resiliuerunt: et q̄ greci et italici insulā inhabitantes gloriosam dei genitricē Mariā precati sunt ut eos a draconē liberaret. Viderūt suc cessu temporis candelā ardente intra rupem: inciderunt ergo et secuerunt gradus ascendendi in rupe: et peruenientes ad candelā ardentem: imaginē sanctissime genitricis Marie p̄spexerūt corā quā lumen arsit: draconēq; desubtus per medium ruptū iacentē. Egerunt itaq; gratias de tam miranda liberatione: et draconē in frusta sectum proiecerunt extra rupē: et quia incole glorificantes beatā virginē ad imaginē eius ascendebant veneratū. Acigeri cesar p̄ekopen contra fratres suos pugnans exemplo eorum motus: supplicavit beate virginī Marię ut eum adiuvaret. Nam machometici venerantur beatā mariā: profitentes eam virginē absq; thoro virili magnū prophetam Iesum benedictū concepisse et peperisse. Cumq; adiutus superearet suos emulos: binos equos quos habuit meliores vendidit: et exinde cera empta: maxima duo lumina sive candelas fecit: et ante imaginē coram ardore quottannis iussit: quod in hanc usq; diē p̄ subsequentes imperatores p̄tinuatur. Tertia ciuitas est urbs Theodosia: nunc Laffa dicta: quā expugnauit sub Januensibus Machumetes scđus imperator thurcorum: castrum vero Mankup quod est versus occasum a Laffa: presatus thurcus machumetes vi accipiens: binos fratres principes et dños caltri Mankup (ut dicit reliq; as ultimas gothorū) gladio occidit. Azow quoq; castrum circa hostia flumij Tanais sitū incastellauit et thurci usq; nunc tenet. Thartari vero vlani ab ingressu insule in campestribus eius: vt est inata p̄suetudo thartarorū degunt: et extra insulā iūdē campestria sarmatiae europeane iuxta paludes Meotidas et mare ponti usq; ad alium castrum occupando possidēt. Ingressumq; in insulā seu introitum ad occasum solis fecerunt aggerē de terra longitudinis unius

Liber primus

miliaris in modū pontis sternētes rude tūz t semiplene; ita vt aque
maris in aliquib⁹ locis aggerē p̄trāseāt. Insula ergo antiquis than-
rica dicebat: nūc vero Piekop. qđ sonat fossatū: qm̄ aq̄ circū dede-
runt eā t p̄tegāt tanq̄ fossata aq̄s plena ciuitates: sed hec hacten⁹.
Videamus dūinceps genealogiā. Post vlanum in thaurica regnauit
Tachtamis czar: qui vna cū Vitoldo duce Lithuanie p̄tra fratrem
sūm̄ Temir kuthi czar imperatōrē Zanolheñ pugnauit: t supatus est.
Ex tachtamis czar filius eius Gzidachmet czar regnare voluit: sed
Zikerei czar expulit eū t ipsem̄ p eo regnauit. Gzidachmet aut̄ p
auxilio in Lithuania prexit: t captiuatus p lithuanos cū vxore t fi-
lijs in castro Kowno incarceratus est: ibi cū piuge t filijs mortu⁹:
in dieb⁹ Kazimiri tertij regis Polonie t magni ducis lithuanie de-
functo Adzigeri czar: q̄ septē filios reliqrat senior filius Haider
nominatus obtinuit imperiū. Mendligeri vero vnu ex p̄fatis si-
lijs ad imperatōrē thurcor̄ fugit: t accepto subsidio t vxore a thur-
co: dispersit t eiccit Haider t Jamurci cū alijs fratrib⁹: hi ad iwan⁹
Wasilouic Moskouie ducē fugerūt: q̄ suscepit eos t ducatū Kosan-
nēsem eis donauit: Et Mendligeri czar nonē filij nati sunt: prim⁹
Machmet Kerei: alter Achmet kerei: tertius Machmut kerei: q̄rt⁹
Bethi kerei: t est submeritus dñi p̄terā ageret p̄ flumin in Valachia
anno dñi millesimo q̄ngentesimo decimo. Quintus Burnas kerei
sectus Mubarek kerei: septimus Gadech kerei: octau⁹ t noni noia
non terzo. Nunc pro patre suo regnat Machmet kerei czar. Et sci-
as q̄ licet thartari p̄iekopēses magis civiles mitioresq; ratiōe au-
re sexti climatis quod inhabitāt deberent esse: tñ non deseruerunt
priscā suam lupinam rapacitatē t ferinam crudelitatē sicut bestia-
les qui campos t silvas inhabitant t non ciuitates nec villas. In-
uadunt enim singulis annis vastant t depredant Russiam Lithuania
Valachia Poloniā t quandoq; Moskouiam.

C Capitulum tertium de thartaris Kosanensibus t thartaris Nabaiensibus.

Gercia horda thartaror̄ Kosanensiū nuncipata est sic
a castro Kosan supra flumē Volha circa metas Mos-
kouie sito penes quod cōmorant. Et exiuerūt de princi-
pali horda oīm thartaror̄ vicz de thartaris Lzahadas-
ien̄ sine Zanolheñ: sicut t ceteri thartari omnes. Ha-
bet autem predicta Kosanensis horda quasi duodecim milia pugna-

De sarmatia europiana

torum in necessitate aut quando aduocant alios thartaros: ad triginta milia bellatorum plenum. Istorum principes et facta eorum genealogia non scribuntur: quoniam omnia sunt ducis Moskouie et pendent ex arbitrio eius in viuendo: in bellando et duces sibi eligendo: siccirco quod de moskorum principe dicitur de ipsis poterit accipi et adaptari. Quarta horda recens et noua: ultima ex thartarorum Zauolhensisbus orta est Occassorum sine thartarorum Mahaien. Nam postquam Occassi in signis seruus et miles magni Cham: habentes triginta filios occasus est: filii secesserunt a capitali horda Zauolheni et iuxta castrum Sarai degere cuperunt ante hunc annum christi millesimum quingentesimum decimum septimum: circiter septuaginta annis: vel paulo minus: subitoque in immensum creuerunt: intantum ut hac tempestate numero fessissima et maxima surrexit horda ipsorum. Iste sunt septentrionali ores et frigidiores omnium thartarorum. Moskouie a parte orientali adiacentes: et se penumero eam invadentes atque spoliates. Dominantur inter eos filii et nepotes Occassi. Non habent pecuniam nec monetam: sed res pro rebus vendunt: puta pro seruis pro filiis pro pecoribus et iumentis.

Liber secundus.

Tractatus primus de descriptione Sarmatiae Europiane superioris.

Capitulum primum de Russia: de districtibus eius:
de abundantia et contentis in ea.

Ostendimus diximus de sarmatia asie que scithia vocata est: restat dicere de sarmatia Europiana: et in ea primum occurrit Russia: olim Roxolania dicta. Latus eius orientale adiacet flumini Tanai et paludibus Meotidis seernentibus Asiam ab Europa. Priscis autem seculis Alanii habitarunt ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridiem Roxolani. He autem gentes in toto delete perierunt: campique latissime patentes spectantur deserti: solis feris et Kosacis seu predonibus peruij: prout supra dictum est. Post hoc supersunt relique Circassorum versus meridiem: et sunt gentes ferocissime et bellicosissime: genere et lingua Ruteni. Deinde est castrum Oczarkow.

Liber secundus

nuncipatū: qd̄ impator thartarorū p̄iekopensiū extruxit: in domi-
nio Lithuanorū t̄ post quasi duob̄ miliariis ab Oſarkoro in me-
ridiē sequit Oſassow: t̄ fuit caſtrū qd̄ ante tpa noſtra demolitū est
a Oſassow in Byaligrod qd̄ thurci occuparunt ſunt ſex miliaria.
Sequit Podolia ad occaſum: Moldauia t̄ Valachie ptermīna ad
meridiē: ad orientē vero campis thartarorū t̄ Thaurice iſule: hec
eſt terraſ fertiliſſima: cererisq; t̄ mellis feraciſſima. Nam agro ru-
de culto t̄ parū inuerto atq; exarato: frumentoq; ſuperſeminato: tri-
bus annis ſponte frumentū germinat: ita tñ q colligēdo tpe mes-
ſis ſegetē aliquicpiā granoz permittat in terra decidere ad ſurgen-
dum ex eis frumentū in anno ſequēti: ſine cultura t̄ ſine agri aratu-
ra. Gramen quoq; t̄ paſcua tam cito ac vberrime fundit t̄ prodit:
vt perticā in tribus diebus ſupcrescēdo ptegat: t̄ aratrū in locis
graminolīſ derelictū in paulo plaribus diebus: graminib⁹ ſepi-
at t̄ cooperiat. Examina vero apū non ſolū in mellificijs t̄ arbori-
bus canariis mellificat: verū in ripis t̄ terra ſponte melла reponūt.
Contingitq; ſepenumero vt examina apū ſuperueniētia t̄ priores
apes exterminātia ruricole aduolantia agmina apū trucidēt aut in
aquis mergant: vt que prefuerūt hereditarie mellificarent t̄ mane-
rent. Pollea ad montes Sarmaticos habitat genus Rulenorū: q;
bus pteſidēt nobiles Polonorū. In Kolomya: in Zidačoro in ſnya-
tin. in Roatin: in Bussko. t̄c. Sub eisdē montibus ſunt district⁹
Malicien (olim Gallicia dictus) t̄ p̄emilien: t̄ inter montes ſar-
maticos districtus Sanocensis. In mediū Russie tendēdo eſt leo
poliensis terra: t̄ vrba in ea bene munita eodē noie nuncipata ha-
bens duo caſtra: ſuperz t̄ infez: t̄ eſt metropoliſ Russie. In ſepten-
trione ſunt districtus Chelmensis t̄ Belzen: terraq; in medio ia-
cens. Claudit ait Russia a meridiē ſaromaticis montibus: t̄ flumi-
ne Tiras: quē incole Myeltr appellat. Ab oriēte finit Lanai t̄ meo-
tidibus Thauricaq; iſula. A ſeptentrione Lithuania: ab occaſu
vero polonia. Ex Moſkouia aut̄ aduenit Boristenes: ab incolis
Dinepr nuncipatus famoſus fluuius: p Lithuania t̄ Russiā cur-
rens: t̄ ſub Smolensko t̄ ſub Kiow labēs: in hūc ab occaſu circa
Chmyelnik ovidū pſurgens: Boh non exiguis fluuius illabit: t̄
cū mensus eſſet Boristenes quaſi tricenta miliaria germanica: in
mare ponti cadit. Amplius terra Russie cū ſit fertiliſ abūdat mel
le t̄ medone potu ex melle facto: adducit t̄ viñū ex Pannonia t̄ vi-
num ex Moldauia atq; Valachia quibus adiacet: ſed t̄ viñū grecū
et grecia t̄ eſt forte: etiā cerealiſ ſunt ſed nutū habet. Abundat equis:

De sarmatia europiana

bobus & ouiu gregibus : abundat cera in maxima copia : abundat pellibus mardurū: scismoz vulpiū & bouū. Abundat fluminibus quibus irrigat & aquis pisculētis: ita ut ubi aqua innens : & pisces in ipsa reperiantur: non impiscant stagna & piscine russoz: sed vbiq̄ aque reperiuntur: illic & pisces de rore celi ut aīnt demittuntur: absq̄ ho minū cura & impiscatione : Suntq̄ in districtu Leopolensi luci magni & laudabiles & in petras tanq̄ in lamina diuisibiles. Abundat russia calamo aromatico in terris versis Zanaim & paludes Meotidas. Itē reuontico in eisdē terris & in Lithuania: sic & pluribus herbis ac radicib⁹ alibi non visis. Abundat tota terra Russie granis tintoroz que copiosissime ex crescunt: & cum priscis temporebus ad Ienuā & Florentiā vibes italicas importarentur: nūc vix aliqd de eisdē colligit: sereqz in toto frustrata & non collecta pereunt in districtu Chelmensi rami pini arboris desecti & in terra iacentes in anno aut in duob⁹ in sara & silices vertuntur: estq̄ ibi creta seu terra alba in copia: que ad nos dicitur. Est & sal qđ in lacu Racibero templibus siccis colligit & qr ppe est ozarkow castrū thartaroz in tertiū & captiūtū interdū p thartaros ductores salis vnaq̄ plaustris ducētis quandoqz & tricētis. In terra quoqz Piemilliensis & in Drobobiū sal coctū & in bolas ac portioes collectū reponit. Preterea in Russia sunt plures secte: est em̄ religio christiana Romano pontifici subiecta: & illa regit & prenat quanq̄ sit exigua numero. Est altera secta rutenoz amplior: que ritū grecoz insectatur: totā russiā adimplens. Est tertia secta indeoz non usurarioz velut fit in terris christianoz sed laboratoz agricoloz & mercatoroz magnoz: presidentes ut sepe thelonētis & exactionibus publicis. Est tertiā secta Armenoz: precipue in ciuitate Karyenecensi & Leopolensi. Hi sunt mercatores peritissimi ad Lassam Constantinopolim ad Alexandriā Egipti ad Alkairam & partes Indie penetrantes et merces afferentes. Ruteni habitu & ecclesiasticis officijs grecos in sequuntur: habentq̄ proprias litteras & abecedariū instar & proximum grecis. Hebrei similiter hebreoz litteris vtuntur & disciplinis: verū etiā artes liberales astronomiā & medicinā perscrutantur: ar meni suo ritu gaudent & litteris. Inter sanctos colunt plus Tadeū apostolū asserētes q̄ eos puererit & fidē christi docuerit. Deinde & Bartholomeū sanctū dei apostolū venerant: p quem multos articulos ut asserunt de fide accepunt: habet magnifica & plurimū decora ecclesiastica apparamēta: planetas & ornatus non scissos sed omniq̄ rotūdos: libros calices & ceterā christianoz veteranorū

Liber secundus

splendidā supellectilē. Quo aut̄ ad spirituales presides et pastores christianor̄ archipresul est Leopolien. Metropolitanus Russorū et lithuanor̄ habens sub sua ditione kiouensem kamyenecem pie misiciā, Chelmenī, Licerienī et Mednicenī. ep̄os. Rutenor̄ vero metropolitanus est kiouenī (que olim metropolis Russie fuit) habet subiectos voladicas et ep̄os de ritu Greco in Moldauia et Valachia usq; ad flumen histri seu danubij: vnu in russia Chelmensem. alterū in dominio lithuanor̄ Vladimiriensem sive Bresten tertium Pinski seu Drovskiu: quartū Po'otči: quintū Lucenī: sextū Smolensem: et passim omnes alios et voladicas ac ep̄os in terris moskovitae et in septentrione de iurisdictione Moskovor̄ protensor̄. Isidorus metropolitanus olim kior̄ien lingua et doctrina grecis peritissimus tpe Eugenij pape quarti ad scilicet florentinū in centū equis iuerat: et vniōne ecclesie romanæ pcepta in Russiā redierat: hunc Moskovite obedientiā romanā eis predicanē spoliauerunt et in necē extremitate impule sunt. Sequuntur ruteni doctores et theologos grecor̄ precipue Basiliū magiū, Gregorii Nazanzenū et Iohannē Crisostomū: gregorii nazanzenū eoz sermone (bogoslow) nuncupati: quod in latino sonat: laudans deum. Acceptant et nostrū sanctū Gregorii papā romanū: precipue in libris moraliū: quē translatū legunt et lingua eoz (byeszednik) quod valet actionante persuadēcēm vel predicanē vocat. In ecclesiis rutenor̄ lingua Sequior̄ que est Slavonica diuina celebrant legunt et cantat. In ecclesiis Armenor̄ sermone armeno. In sinagogis indeor̄ lingua hebreia orant. Christiani aut̄ ritu romano latino sermone cantant orant et legunt. Et scias q̄ in fluminibus russie et lithuanie precipue in Boristene et Boh: tpe estatis multiplicant ephemere et sunt vermes et volatilia alata: quaternis interdū senis alis oriunt et generant mane: curvant super aquas et volat super ripas circa meridiē: in occasu aut̄ solis extinguentur. De his loquitur Aristoteles primo de historia animalium et in problematibus: et medici de febre ephemera.

Capitulū secundū de Lithuania et Samagithia.

Agnus ducatus Lithuaniae est regio latissima: in ea sunt plures duces Lithuaniae et Russie: unus aut̄ preses et monarca cui ceteri omnes subsunt magnus dux Lithuaniae vulgo nuncupatus. Aliunt aut̄ vetustiores et antiquitatē relatores q̄ quidā Italiī propter ros

De sarmatia europiana

manor dissensiones deserentes Italiam ingressi sunt terras lithuanie: et nomen patrie italia: genti vero itali indiderunt: que per patres terra Litalia et gens litali littera preposita cepit nuncupari Ruteni aut et Poloni eorum vicini maiorem immutationem facientes: usque in hodiernam diem terram Lithuania gentes vero lithuanos appellant. Hic primus prodiderunt opidum Vilno: elevationis poli quinqueginta septem graduum: et ex nomine ducis Vilij quo cum illas regiones ingressi sunt Vilno vocauerunt: fluminibus quoque circa ipsum fluentibus Vilia et vilna ex eiusdem ducis nomine indiderunt nomina. Samagithia aut de suo sermone sic nominatur: quod lingua eorum terra inferior sonat. Aliqui aut ignorari historie: a lituo quod est cornu et tuba venatorum: eo quod regio illa plures venationes exerceat: lithuaniam appellare voluerunt: quod ad effectum non ad historie originem spectat. Hec gens lithuanorum annis superioribus adeo obscura ptempta et vilius apud rutenos fuit: ut principes Riuien ab ea sola perizomata et subera ob egestatem et soli naturi sterilitatem in signum tantummodo subiectioidis exigerent. Donec Vitthenen dux lithuanorum rebellionem primus contra rutenos inducens: et seipsum ducem inter populares constitutus: alii principes russie aggressus pflixit: sensimque adeo crevit viribus ut ingo principibus russie injecto etiam in tributa eos redigeret sibi pendenda: que per plures etates rutenis ipse penderat. Posteriorum duci Vitthenen succedentes furtinis lupinis et subitis incursionibus finitimas gentes russie prussie Mazouie et polonie inundebant et diripiebant. Donec fratres cruciferi theutonici ordinis beate Marie per Conradum ducem mazouie aduocati et in auxiliu assumpiti Prussia vi et continuis armis conquisita Samagitas et lithuanos aggressi debellare captiuare et opprimere pluribus oppugnationibus ceperunt: tamdiu donec ad Olgerdum et Keystutum duces lithuanie successione peruenierunt. Fuit autem Olgerdus magnus dux lithuanie: cuius filius erat Jagello. postea baptisatus et Vladislavus nominatus in regem Poloniae coronatus. Frater autem ipsius Olgerdi fuit Keystuth maximus expugnator et persecutor christianorum: qui inter pugnandum cum cruciferis theutonicis in Prussia ter captus: terque astu et mira evasione contra voluntatem cruciferorum liberatus evinculis fugerat. Huius Keystuth filius fuerat Vitardus seu Vitoldus macte virtutis princeps. Jagello autem qui postea et Vladislavus sub trengis pacis captiuando Keystuth et filium eius Vitardum Keystuth in carcere occidit: vitardum vero in vincula coniecit. Tandem a cruciferis et christianorum exercitibus se numero

Liber secundus

Jagello pressus:deo miserante ad Polonos declinavit:fideqz christiana cū fratribus suis quos octo in numero habuit:vnda baptis matis ablatus & in regē Polonie coronatus. Heduigim filiā Ludouici Hungarie & Polonie regis illustrissimā ac speciosissimā in p̄sortem accepit: anno christi millesimo tricentesimo octuagesimo sexto: die Iouis quartadecima mensis februarij: que fuit sancti valentini. Cepitqz prefatus rex Vladislau s̄cōm promissa vigilare et in stare vt gentē lithuanicā a tenebris erroris ac idolatria expurgaret:assumptis quoqz secū Bodzanta archiep̄o Gneznensi & pluribas viris ecclesiasticis atqz religiosis. Itē regina heduigi: Semino uito & Joanne Mazouie: Conrado Olesnicensi ducibus:& cōpluris baronibus:anno dñi millesimo tricentesimo octuagesimo septimo in lithuaniam intravit & baptisma pcipere lithuanos procurauit. Colebat aut ab origine lithuanī numina: ignē: siluas aspides & serpentes: ignē qui p̄ sacerdotē lingua eoz zingz nuncipatū subiectis lignis adolebat. Siluas aut & lacos sacrosanctos habitacula deoz putabat. Aspides vero atqz serpentes in singulis domib⁹ ve-
lut deos penates nutriebant & venerabant. Mer itaqz Vladislau ignem sacrū putatū in civitate Vilnensi barbaris inspectantibus extingui: templū & aram in quibus siebat hostiaz immolatio dirūpi: siluas vero succidi & confringi: serpentes quoqz necari precepit: barbaris flentibus deoz suoz falsoz exterminium. Contra regem aut nec missitare audentibus: mirantibus quoqz q̄ poloni sacrorum violatores ignis siluaz & serpentū intacti illesiqz a dijs eoz: secus q̄ ipsimet quotiēs violabat fierūt. Erterminatis itaqz idolis gens lithuanoz p̄ aliquot dies de articulis fidei & oratiōe dñica p̄ sacerdotes polonos: magis tñ p̄ regē Vladislau qui lingua gentis nouerat edocebat & sacra baptismatis vnda renascebatur. Largiente pio rege Vladislao singulis ex populariū nūero post suscep-
tum baptisma: ex pāno de polonia adducto nouas vestes q̄ prouida liberalitate effecit: vt natio illa rudiſ & pannosa: lineis in ea diē p̄tenta: fama huinsmodi liberalitatis vulgata: p̄ psequēdis laneis cateruatim ad suscipiendū baptisma ex omni regione accurrebat: et qm̄ labor erat immēsus vnuquēqz credentiū baptisare singillatim mandante rege multitudo sequestrabat in turmas & cuneos: & vniuersis de qualibet turmaz benedicta aqua sufficenter conspersis: cuilibet turme & vniuersis qui in ea p̄stiterat nomē v̄statū petrus sc̄e paulus: tertie ioannes: &c. feminis per turmas divisis. Rathe-
riu Margaretha. &c. iuxta numerum turmarum imponebatur.

De sarmatia europiana

Militaribus tamen spiritualis impendebat baptismus, fundavit
insuper rer Vladislaus in Vilna ecclesiā cathedralē sub titulo san-
cti Stanislai patrōi Polonoꝝ: principaleꝝ arā in loco ubi ignis
qui falso perpetuus credebatur p̄stituit: ut error gentilis fieret cun-
ctis patentior. Constituit etiā in eadē ecclēsia Vilnensi episcopū vi-
num spectate virtutis Andrea Vazilo: natōe Polonū: genere no-
bilem: de domo accipitriū: professione fratrē ordinis minorū: olim
Elizabet regine hungarie confessorē t̄ predictorē insignē episcopū
Lereten. Eodē quoꝝ Vladislaꝝ rege instantē Samagithia fidem
chr̄isti t̄ baptisma suscepit. Ad cognoscendū autē naturā prouincie
t̄ gentis illius animaduerte q̄ regio Samagithia est septentriona-
lis t̄ gelida. Lithuanie linonie t̄ Prussie cōtermina: siluis: collibus
t̄ fluminib⁹ circumsepta. In hos districtus distincta scilicet Ira-
gola: Myconiski: Chrosse: Rosena: Viduki: Vylunya: Kelthini:
Czethra: gentes regionis: p̄cere t̄ alte statute agrestes t̄ inculte pau-
co t̄ castigato victu viuentes: sicutim aqua sedare solite raro cerevisia
aut medone. Auri argēti eris ferri vini in illa tempestate expertes t̄
ignare: apud quos licitū erat vni viro plures habere vrores: t̄ pa-
tre mortuo nonercā fratrecq̄ glotē in uxore accipere. Nullus illuc
stubaz nullus edificiorū nobilitū: sed tantēmodo tugurij vni⁹ usus
ventrē distēsum t̄ porrectū: extrema vero habēs coartata: ex ligno
t̄ culmo structura largius ab imo sensim operis incremēto edificiū
in artiis cogitur: in carine seu galee maxime similitudinē elaborata
in cacumine fenestra una superne lumē reddēs: subter quā focus et
cibos parabiles coquēs t̄ frigus quo regio pro maiori anni parte
p̄stricta est repellēs: sea domo se vero res ipsa ignoras: seruos: ancillass:
pecus armentū frumentū t̄ omnē suppellectilē p̄dunt gens ad diui-
nationes t̄ anguria prodiuīs. Precipuū numen Samagitticū erat
ignis: quē sacro sanctū t̄ perpetuū putabāt: q̄ in montis altissimē
ingo super fluuiū Naryasza sito assidua lignorū appositiōe a sacerdoꝝ
sacerdote alebatur. Accedēs itaq̄ Vladislaus rex turrim in qua cō-
sistebat incēdit t̄ ignē disiecit t̄ extinxit. Succidit deinde per milites
suos Polonicos siluas: quas non fecerūt q̄ sanctas t̄ deorū habita-
cula samagitte iuxta illud poeticiū. Habitauit dū quoꝝ siluas: ye-
nerabant: in eam caliginē mentis prolapsū: q̄ t̄ silue prefate t̄ aues:
fereq̄ in illis p̄sistentes sancte forēt: t̄ quicqđ in illas ingredieretur
ut sanctū deberet censeri: violati quoꝝ nemus: feras vel alites: ma-
nus aut pedes demonū arte curvabant. Maxima itaq̄ barbaros
tenebat admiratio: q̄ Polonoꝝ milites neuus ritu eoz sanctū excip-

Liber secundus

dentes: nulla lessio qualē ipsi in se frequentius experti erant sequeretur. Mabebāt preterea in siluis prefatis focos: in familiis et domos distinctos: in quibus oibus charoz et familiarū cadavera cū equis sellis et vestimentis posterioribz incendebant: locabant etiā ad focos huiusmodi ex subere facta sedilia: in quibus escas ex palla in casei modū preparatas deponebāt: medonēqz focis infundebāt ea crudelitate illusī: q̄ mortuo et suoz anime quoz illic cōbusta fuerant corpora nocte veniret escaqz se esatiarent. Insuper p̄ia octobris die: maxima p̄ samagittas in siluis prefatis celebritas agebat et ex omni regione vniuersis vtriusqz secus pueniens illuc populū: cibos et potus quilibet iuxta sue p̄ditionis qualificationē deferebat: quibus aliquot diebus epulati dīs suis fassis precipue deo lingua eoz appellato Perkuno: id est tonitru: ad focos quisqz suoꝝ offerebat libamina. Rer ita: q̄ vladislaus primū eoꝝ pater noster: deinde simbolū docuit: qm̄ nullus sacerdotū lingua samagitticā nouerat: et vndis baptismatis ablui iussit. Unus aut et maioribus samagittar pro oꝝbis respondit. Et quo inq̄t serenissime rex dī nostri reluti inertes et langaudi a deo Polonoꝝ deleti sunt: deoꝝ nostros et sacra eoz deserim: et deo tuo atqz Polonoꝝ fortiori adheremus sicqz baptisati sunt. Rer aut in Mednicki cathedralē ecclesiā sub honore et titulo sanctoꝝ martyrum Alecadri Theodori et Euancij in alijs aut locis ecclēsias parochiales fundavit: et illis dotem sufficiētē p̄signauit et inscripsit. Mednicēsis ecclēsie primus eps Mathias origine almanus in Vilna tñ natuꝝ: eo q̄ lingua lithuanicā et samagitticā norat prefectus est et p̄secratus. Contingit aut in prima plantatione dū samagitte per magistrū r. nicolaū vazik: fratrem ordinis predicatorū regiū predicatorē per interpretē instruerent de fide: creatiōe mundi et lapsu primi hominiꝝ ade: vnuſ samagittarū suffirre sermonē predicatis non valens in hec verba prorumpit. Dicitur inq̄t illustrissime rex iste sacerdos: asserit mundū creatū fore cum sit homo non longeue etatis: sunt etenim inter nos plures annoꝝ nūero seniores eo centenariū numerū supergressi: q̄ creationem nullā recordans: sed sole et lunā cetera q̄ sidera semper eisdē moribz luxisse referunt. Rer aut vladislaus inbēs eum silere declarauit magistrū vazik creationē mundi non asseruisse in diebus suis incepisse sed longe ante: vuta ante ser milia annoꝝ et paulo pl̄ ordinatione divina prouenisse. Cōtulit aut rex vladislaus magnū ducatū Lithuanie et Samagittie Alexandro Vitoldo fratri suo patruli: is qz acer et animosus erat pugnādo adiecit lithuanie ducatū

De sarmatia europiana

Pskov; quē pleskouīā appellāt. Deinde alterū ducatū Monogro-
diū qui nūgārdia agnominat. Tertiū ducatū Smolnēsem suo do-
mino apposuit. factaq; in circuitu pace in orientē penetravit et in-
cidens in hordā thartaroz multitudinē eoz in lithuanīā appulit
ac in certo territorio lithuanie locauit: vscq; in hanc diē permanen-
tem. Congestog; fortiori exercitu iterū in Thartaria perrexit: et sua
peratis fluminibus in planicie diffusæ porrectā circa flumen vorz-
skla quartadecima die augusti peruenit. Ibi occurrente ei imperato-
re Zanohensi Temir kutlu: quē scriptores Temerlanē nuncipat:
cum infinita ac innumerabili thartaroz multitudine: de trengis et
pace vtrinq; tractabant: pcordia tñ nequaç; a thartaris acceptaba-
tur. Vitoldus igitur a suis persuasus cū custodib; corporis sui rea-
trosum abiit et in lithuanīā fugitiue rediit: exercitus vero ipsius
ab infinita multitudine thartaroz obrut⁹ in toto deletus est. Pre-
terea Sigismundus rex Romanor⁹ iaciēdo inter Vitoldū et Vladis-
laum fratre eius regē Polonie somite discordiar⁹: coronā Vitoldo
promisit et in regē lithuanor⁹ sublimari p̄suasit: verū cū afferret co-
rona per loca tutiora Marchie et Prussie. Mobiles maioris Polo-
nie sese opposuerūt: et cū exploratoribus in custodia permanēdo: in
loco qui Tūragora vocātū legatos imperatoris Romanor⁹ operie-
bantur et expectarūt. Illi vero rem infectā cognoscētes terrore per-
culsi retrocesserūt. Vitoldus aut̄ de hoc certior factus pre tristitia
ab antrace inter scapulas orto vitā cū principatu finiuit: anno dñi
Millesimo q̄dringētesimo trigesimo. Post mortē Vitoldi Vladis-
laus Jagello rex Polonie S̄c̄itrigellū fratre suū in ducē Lithua-
nie anulo s̄uo iuelūtūt et substituit: qui immemor beneficij p̄tra vla-
dislāu Jagellonē tumultuauit et bella gessit: propter quod rex Vladis-
laus principi Sigismundo de Starodup suggessit cēmisit: ut du-
catū Lithuanie sub S̄c̄itrigello surriperet. Apparente igit̄ comete
exili supra illū ducatū: dux Sigismundus de Starodup S̄c̄itrigal
expulit et ducatū magnū lithuanie possedit. Hunc Sigismundus
Iwan dux Czarthoriensis: genere et secta Rutenus post aliquot d̄i-
es occidit. Ingrediebat siquidē ex p̄suetudine v̄sa ad tabernaculū
ducis Sigismundi. Ruteni itaq; more v̄se hostiū tabernaculi fri-
cabant et mouebāt: quo audito dux Sigismundus v̄sam aduenisse
putando: hostia aperuit: et a Rutenis vulneribus p̄cisus occubuit.
Eneas de Picolominibus scripsit: non h̄ic sigismundū sed Vitol-
dum sicut premissum est: per suos in forma v̄se delusum intersectū
Sed inscūs relatoribus credidit et eronee scripsit: quemadmodū

Liber secundus

simili errore ductus: plurima de Lithuania: plurima et de Polonis
deserta litteris tradidit. Posteriorum historiographi errante erronee
sequentes: ipsius Ence absurditates et loca atque mores illarum nationum
nunquam visa: gliter quam fuit et quam esset: tanquam vera literis demandare
non erubuerunt: cum expietia preteritorum atque presentium ipsum et ipsos
inexpertos et aliter quam rea habeat scribentes redarguant. Successit du-
ci Sigismundo de Starodup: Kazimirus Vladislai Jagellonis ter-
tius natus in magno ducatu Lithuaniae: quem fere cinquaginta annis
gubernauit: sub cuius extremis et ultimis annis Iwanus dux Mosko-
rum agulsa et sibi appropriauit ducatum Novogrodiensem: alias nu-
gardiensem seu novogrodiensem nuncupatum. Post Kazimiri in Lithuania
datus est Alexander filius eius quartogenitus: cuius temporibus
prefatus Iwanus dux Moskorum principatum Mozaensem: longitudi-
nis septuaginta: latitudinis fortidem miliarum: et castra quadraginta
subripuit. Alexandro vita functo Sigismundus modernus in ma-
gno ducatu Lithuaniae suffectus est: sub eius dño Bassilio Mos-
kouie dux et principatum Pskow quae pleskouiam appellat: et ducatum
Smolnensem expugnauit et possedit.

Capitulum tertium de amplitudine et contentis Magni ducatus Lithuaniae.

Mplitudo Magni ducatus Lithuaniae est talis. A ma-
tri Balteo seu Prutenico ad Vilmam capitelem ciuitatem
Lithuaniae sexaginta miliaria: a Riga vero ad Vilmam
recto itinere septuaginta miliaria: eundo vero super po-
lo sko ut communiter vadunt erunt a Riga in Vilmam
centum miliaria. Deinde a Vilmam in Kiow: sunt centum miliaria. A
Kiow usque ad psuentiam ubi tanguntur flumij Dinepr et Boh: que
greca borussen est maiorem et minorum appellat: sunt decem dieae que faci-
unt septuaginta miliaria: ibi steterat castrum Dzassoro: quod destru-
ctum est: et ibi est finis dominij lithuanorum: cum prius protendebat
ad Byaligrod quod latini albam castrum nuncupant: et ipsum thurci
expugnaronit et possidet: circuus circa vero thartari in campis degunt.
Ita est computatio versus meridiem: quinimum verius dicam inter ori-
ens et meridiem. Iterum ex transuerso computando: a Parcorum et metis
Lithuaniae in Vilmam sunt octuaginta miliaria: sed a Craconia per ea-
dem viam usque in Vilmam sunt centum et viginti miliaria. A Vilmam in
Smolensko centum miliaria: a Smolensko in Moskram ciuitatem

De sarmatia europiana

Moskoy centū miliaria: et sunt miliaria Germanica magna. Prima autem capitalis civitas in lithuania est Vilna: et est tanta quam Cracovia cum Kazimiri Lexardia et omnibus suburiis: verum domus non sunt coherentes sicut in nostris ciuitatibus sed ut sepe mediant orti et pomaria: habet Vilna bina castra murata: superum in monte et inferum in basso. Monigrod vero quam latini nvgardiā vel nouogardiā vocant fuit de possessione magni ducatus lithuanie: per ducē Vitoldū armis aquisita: et est nouogrod in amplitudine paulo maior quam Roma: quam Roma in ambitu continet triginta dno miliaria Italica que faciunt sex miliaria Germanica: et duo miliaria Italica supersunt. Monigrod autem continet integra septē miliaria: alias triginta quinq̄ miliaria Italica. Itē Monigrod lignea habet edificia Roma vero murata. Distat nouigrod a mari balteo duobus vel quasi tribus miliarib⁹. Et fuerint adhucq⁹ sunt in ea ditissimi mercatores: in tantū q̄ apud quēlibet mercatorē iuxta refectionem est cranci. i. reseruaculū loco testudinis: in quod argētū aure et res preciosae aquisite proiiciebant absq⁹ nūero. Unde Irrean: qd sonat Joannes princeps Moskoy anno dñi millesimo q̄dringēsimō septuagesimō: surripiendo Monigrod de manibus kazi miri magni ducis lithuanie: huiuscemodi thesauros Monigrodī exhaussit: et tricentos currus ad summū implendo: dumtaxat de auro argento et unionibus preciosis in Moscouiā abduxit: et quia in eadē Monigrod perniciosa pestis inoleuerat siccariorū et raptorū: sepeq⁹ aliquo reo invento vel designato pulsabat campana pretorij: ubi centū senatorēs tanq̄ indices sedebant: omnes more illius patrie barbam protensam nutrientes: vulgis autē auditō so no campane parrebat de tota ciuitate: ita q̄ quislibet hospes duos accepit lapides in brachio: et filii hospitū similiter. Cumq⁹ reus p senatores p̄demnare lapisdib⁹ astantes obnuebāt et interficiebāt eum: tumultuoseq⁹ ad domū p̄demnati curretes dirispiebāt omnia bona occisi: et area domus postea vendebatur: et pecunia exinde pro Repub. p̄fiscabat. Iccirco Juan dux Moskoy prefatus apprehensa et possessa Monigrod in quinq⁹ famosioribus plateis qnq⁹ capita neos cū armigeris p̄stituit: ad sedandū et prohibendū solitos tumultus invasiones et spolia. Est in nouogrod castrū Degen nuncupatū: in eo principalis ecclesia est sancti sophie. i. saluatoris et est tecta aureis laminis splendescētibus: suntq⁹ in eadem nouogrod septē monasteria cīrkoy. i. nigroy monachorū de regula sancti basilij: distat a se inuicē fere vel prope per mediū miliare. In primo

Liber secundus

monasterio beate marie virginis sunt mille monachi: in altero sancti georgij septingenti: in tertio sexingeti: in quarto quadringeti: sic psequester in alijs monasterijs. Sunt et ecclesie sanctorum plurime: et solius sancti Nicolai (quem Ruteni inter alios sanctos pro colunt) ecclesie sunt tot quot sunt dies in anno. Habet eleuationem poli nouigrod seragita per graduum: et in estate circa solstitium estinale post occasum solis apparet lux celi usque in ortum solis: ut artifices sartores futores et ceteri mechanici suere et laborare possint. Post nugardiā ad septentrionē est Suecia et Finlandia usque in oceanum septentrionis pskov et urbē notabilis murata et magna: minor tamen quam nouigrod ad iacet Moskouie et lithuanie: hanc latini Pleskouiam appellat: in habitatores ipsius omnes sunt lingua et ritu Ruteni: barba non radunt et crines capitis non tondent: habitū vero in toto deserunt almanicum. Habet terra Pleskouie triginta castra murata et sunt versus Liuoniam: et non sunt tam bona castra in Moskouia neque in Lithuania. Tota autē terra Pleskouie seraginta miliaria in longitudine et quadraginta in latitudine patinet. Bassilio modernus princeps Moskouie per compositionem et tradimentū seniorum adeptus est et possidet Pskovum: depositusque campanā ad cuius primum tota civitas confluens et iniuriantes opprimebat. Cōtra pactū quoque et promissa sua abegit ex radicā. i.e. eīm loci et plures nobiles ac cives Pleskouie: et locantur in civitate moskua et alijs locis Moskouie. Deinceps versus orientē est Polozko castrum et civitas magna et pertinet ad duatum Smoleñ: possidet eam magnus dux lithuanie. Post hanc ad orientē est Smolensko castrum et civitas ex roboribus structa et fossis profundis munita: ipsa autē terra seu ducatus Smolensko patinet in longitudine seraginta aut septuaginta miliaria Germanica. Preterea lingua Smolensko est quadripartitum: primū lingua est Jacquin gor ut horum qui circa castrum Drohobicin inhabitant et pauci supsumunt Alterū est lithuanorum et Samagittarum. Tertium Prutenicum. Quartum in Lothrea seu lothibola. i.e. Liuonia: circa fluuium Dvina et Rigā civitate. Et horum quoniam eadem sit lingua: unus tamen non plene alterū intellegit: nisi cursiuus et quod vagatus est per illas terras. Habuit hoc linguam quadrigitum tempore idolatrie pontificē maximū viū: quem Erine appellabat: morante in civitate Romoue a roma dicta: quoniam hoc linguam de italia iactat sese aduenisse: et habet nonnulla vocabula italica in suo sermone. De isto Erine et civitate Romoue in legēda sancti Adelberti pontificis et martiris legitur. Et scias quod in Prussia iam pauci proferunt Prutenicum: subintravit siquidē lingua polonorum et almanorum: sic et in Lothria pauci villani profitentur hanc linguam.

De sarmatia europiana

quia subintravit Almanicū. In Samagithia autem que est longitudo
nis quinquaginta miliariorum et in lithuania que in longitudine triconta
miliaria patinet: in villis lithuanicis loquuntur: et in magna parte polonice
polonice patinent: nam et sermone polono sacerdotes eis predican in
ecclesiis: insuper scito quod hoc linguaginā quadripartitū totū est de obe
dientia et fide Romane ecclesie: in alijs autem prouincijs circūiacentib⁹
ut in nouigrod: in pleskouia: in polocko: in Smolensko: et in meri
dicē usque post Kioro Ruteni sunt oēs et rutenici seu Slavonici
loquuntur ritūque grecorum obseruantur: et obedientiam Constantinopo
litano patriarche prestat. Amplius sunt in ducatu Lithuaniae thar
tari circū Vilnā: et habent prias villas: colunt agros more nostro
laborant et rebunt merces: ad mandatumque Magni ducis lithuaniae
oēs ad bellū assurgunt: loquuntur thartaricū et colunt Machometem quod
saraceno et sectā patinent. Insuper sunt Hebrei in lithuania preser
tim in civitate Troki: hi laborant et mercantur thelonea et officia publi
ca tenent de usurisque non viuunt post hoc de fluminibus dicamus. A
parte orientali dominium lithuanorum terminat fluvij Oskol. Ingra
Donyec, et parvus Don: et est parvus tanais: hi et plurimi alii in ta
naim decurrunt. Itē ex dñio lithuanorum post castrū Vesnya (quod dux
Moskovie modernus Bassilo occupauit) ortus est Dniepr seu bo
rilenes ex terra plana lutosa et stagnis in densis silvis: et fluit sub
Smolensko et sub Kioro: tandem emensis quasi tricentis miliariis
Germanicus in mare ponti incidit. Item Vilna alias fluvius tri
ginta miliaria ad orientem Vilne civitatis ortum cepit: et sub castro
Vilnensi cum olio fluvio minori vilna dictio (et initium eius duobus
miliariis a prefata civitate vilna computatur) commiscetur: unaque ad
magnū fluvium Niemen influit. Niemen autem fluvius valde flexuose
decurrit: haues desert et merces: et post castrū Koreno in mare pru
tenicum cadit. Itē Dzwina magnus fluvius fontes habet in Mos
kovia et in dñio Lithuaniae fluit sub castro Vitebsk: deinde sub po
locko: hostia eius circa Rigā civitatē Letoniae ubi in mare cadit: et
scias quod quēadmodū in superioribus premisi: tria magna flumina
appare in iuvē orientis: scilicet Dniepr: Dzwina et Volha oriuntur in qua
in locis planis nemorosis palustribus: non ex montibus Hippo
reis: non Ripheis: nec alicibus montib⁹ quod in natura minime sunt
dūtarat signēto olim grecorum tanq; in rei veritate existeret gloriose
et ampulose predicti sunt: et quod prefata flumina ex ipsis erūperēt ac
orientem per sequentes historicos cosmographos et poetas inepte descri
pti ducataeque sunt: cum nusquam compareantur: plana siqdē est terra per totū

Liber secundus

Vnde illa ortū ducūt. Et Dinepr qui est Boristenes ad meridiē fluīt usq; in mare Ponti incidēs. Dzwina grande flumē ex Moskouia erumpens ad occasum solis per dñia lithuanorū et per Lituaniā labens iuxta ciuitatē rigā in mare Balteū descendit. Volha maximus fluminū etiā ex Moskouia oriens in septentrionē tendit reuersus q; in orientē longinque circuit tanq;: tandem puerus in meridiē per Scithiā seu sarmatiā asiam et campos planissimos thartarorū peruagatus in viginti qnq; flumina magna partitus mare Euxinum ingreditur. Vistat tanq; a Volha in thartaria itinere sex hebdomadaz: ad minus tribus aut quatuor velocissime currencibus. Sunt et alia in Lithuania et Moskouia multa flumina et stagna magna: parus vero flumina et rini sine numero in maiora defluunt. Omnia piscosa abundanter: ita q; in illis terris ubi aqua ibi et pisces: et sunt pisces sapidiores et delectabilioris gustus q; in regionibus nostris: piscine et fodine pro aquo et impiscationibus tanq; inutiles illic non sunt. Amplius in ducatu lithuanie panis rusticorū nigerrimus est non cribrat: et silagine aut ordeo una cum furfurib;: dñor vero et potentū panis delectabilis de pura suamлагine tritici albisimis pinsitur et habet: vino carent nisi quod aliunde ducatur: precipue viñū Rinense: et ex occidentibus regionibus per mare Germanicū et Balteū adductū alicubi reperiunt: medone et spiso et tenui et vario modo cocto abūdāt et illo reficiunt et inebriant: Cererisias coquunt diuersimode et ex varijs granis: puta frumento: silagine: ordeo: anena: milio. et. et non sunt sapide: vulgus aut ut semper aquā bibit: oline et fructus dulces ac delicati illic nō crescent: algida etenim et frigida est prouincia. Armenta habent ois generis et feras siluaz: plus q; in orbe christianorū reperiant: saltus deserta et silue sunt magne dece aliquando quindecim miliarioz: nō nunq; et viginti quinq; miliarioz: ad latera desertorū et siluaz ville et habitatores inueniuntur: et icirco q; magna nemora sunt magne fere et multe abundantissime visunt et capiunt: viri et bernes siluestres quos lingua ipsorū thari et zūbrones vocat onagri et equi siluestres cerui: dame: dorce: capree: apri: vrsi: mardures: scismi: et cetera genera ferarū. Insuper aues abundāt et ficedule q;vis illic vinee nō sunt aduolant et impinguant atq; cū suavitate eduntur. Estq; in Lithuania et Moskouia animal voracissimum et inutile: quod alibi non coparet rossomaka nominatum: quantitatis canis: faciei catti corporis et cande ut vulpis: colore nigrū: cadaverib; vescitur: inuētoq; cadavere instantē vorat et extendatur et infletur tanq; timpanum;

De sarmatia europiana

repertaqz angustia stricta inter arbores intrat et intrudit se cu vio-
lētia premēdo: vt violēter comesta violētius egerat sicqz extenuatū
denuo cadaueri accurrit et ad summū implet cu vicissitudine expre-
sionis et ad morticinū reuersiōis donec totū absumat et deuoret: et
forsan natura tam insatiabile animal in illis regionibus producit
vt hoies simili voracitate laborātes redarguat. Quoniā potentes
cu puiuare eeperint: sed ēt a meridie in mediū noctis ptinuo cibō et
potu sese opplēdo: et a mensa quotiēs natura pellit assurgendo et
egerendo: itez et itez vorant vsqz ad vomitū et amissionē discretio-
nis et sensus tuncqz inguinis et capitis que sunt discriminata nescia-
unt: estqz illa p̄suetudo pniciosa in lithuania et Moskouia: magis
vero et absqz rubore in thartaria. Est etiā in illis teris lithuanie
Moskouie et thartarie ab origine p̄suetudo venditiōis hominū:
serui natura venduntur a dominis suis tanqz pecora: pueriqz eoz
et uxores quinimo pauperes homines libero ventre nati victu ca-
rentes vendūt filios et filias suas interdum et scemtispos: ut apud
patronos siliquis et grossis cibis saturarentur.

Tractatus secundus libri secundi.

Capitulum primum de Moskouia

Moskouia est regio lōgissima latissimaqz: nam a smo-
lenko vsqz ad Moskuā ciuitatē sunt centū miliaria
a moskua ad volochda centū miliaria. Et volochda
est puicia et fluvij p ipsaz labēs eodē noie vocat: a vo-
lochda ad vsczuga cētū miliaria: ab vsczuga ad viath-
ka cētū miliaria: et ista q̄drigēta miliaria sunt de regiōe moskouie:
et sermo per totū est Rutenicus seu Slauonicus: ultra predicta a
Viathka ad regionē Permska centū miliaria: inde ad terrā Vas-
hulzka triginta miliaria: et hec cū Scithia p̄finat. Et iste prouincie
subiecte sunt duci Moskouie: additisqz terris ad septentrionē et ori-
entē ab eodē duce Moskouie possessis Iubra et Lorela que sunt in
Scithia erunt quingenta miliaria germanica magna: verū Mosko-
uite nō per miliaria nostra cōputat sed per verst et verst est quinta
pars miliaris germanici. Numerant itaqz a ciuitate Moskua ad
Vladimirā ciuitatem decem verstē miliaria germanica: abinde ad
Usczuch quingēta verst: iterū ab Usczuh ad Iubrā quingenta verst.
Intra Moskouiam aut̄ sunt multi ducatus: est ducatus seu terra

Liber secundus

moskonie de qua triginta milia pugnatorum nobilium ad bellum egreduntur: agrestis vero sexaginta milia. Est et ducatus seu terra tvrckia: de qua quadraginta milia armatorum nobilium dumtaxat ad bellum prodeunt. In hoc ducatu capitalis ciuitas Tver est inncupata: et est ciuitas grandis lignea de lignis edificata; i ea sunt ecclesie lignee centum et sexaginta: castrum etiam lignum est: et sunt in ipso nouem oracula seu ecclesie. Principalis est sancti Salvatoris et illa dumtaxat est murata: sub hac ciuitate et castro amplissimus fluvius volha habitur. Ducatus Chelmski de quo septem milia pugnatorum excent. Ducatus Zubcovoski de quo quatuor milia armatorum. Ducatus Klin ski de quo duo milia bellatorum prodeunt: ad terram Tverensem annumerant. Item ducatus Kubensis triginta miliaria in longum continens. Ducatus Jaroslavieni quadraginta miliaria de terra habens. Ducatus Szuhersieni viginti miliaria terre habens. Ducatus Szachouenii triginta miliaria in longum ptenens: omnes sunt in miliariis Moskonie in longum computatis. Insuper ducatus Mezensis de quo quindecim milia boiarorum seu nobilium armatorum erant: et fluvius nominatissimus tanais de ipso oritur. Item ducatus Gusdalorum et plures ei adiacentes desolati et delecti sunt per thartaros. Est et terra thartarorum Kozanska horda nominata triginta milia pugnatorum producens: principi Moskovorum subiecta: in campus iuxta castrum kozanum (quod dux moskonie possidet: et alluit magno flumine volha) degens. Moskva est ciuitas principalis satis magna bis maior quam florentia Tuscie: aut bis maior quam Praga Bohemie urbs: Praga dico quam extat et quam tu vidisti. Non praga quam quidam noutis historicus sicut scripsit longissimam tria dies itinere ciuitatem quod fabula est: verum Moskva lignea est non murata plurimas habens plateas: et ubi una platea finit altera non statim incipit sed campus mediat. Inter domos quoque sepes mediatur: ita ut domus sibi unice non coherentur. Mobilium domus sunt maiores plebeiorum vero humiles. Fluit per medium ciuitatis et sub castro ipsius fluvius eiusdem nominis cum ciuitate: Moskva appellatus: et est tantus quantus Multava in Praga: aut Arthus in Florentia. Castrum autem quod est in medio ciuitatis in planu est castrum bonum muratum tante amplitudinis ut Buda in Hungaria: habet tria pugnacula: et cum his turres magnesimul computatae sunt decem et septem tegulis latericis tecte sed unus murus: in eo castro ecclesie sunt sedecim: tres muratae scilicet sancte Marie: sancti Michaelis et sancti Nicolai: relique sunt de ligno. Palatium ducis in presato castro est muratum ad instar Italichum nonum non amplius: nec

De sarmatia europiana

magnū: tres curie nobiliū sunt murate: alie domus ligno p̄structe
stube omnes nigre. Alie ciuitates moskoriū sunt minores et castra
mihora omnia de lignis fabrefacta. Preterea terra Moskouie pla-
na est boscis ac siluis aquis quoq; fluminibus piscib; et feris quē
admodum Lithuania referta: sed frigidior et septentrionalior: vnu-
de pecudes et pecora parua sunt et mutila absq; cornibus quasi sem-
per propter frigus: homines vero procere alte et robuste stature
sunt: bibant aquam medonē et quassęz. i. fermentatos liquores.
Brant et sulcant ligno sine ferramento: et arplicant frondibus ar-
borum supra seminata equis tractis: raroq; propter intensa et lon-
ga gelua segetes maturae sunt: ideo messis et sectis frugib; in stubis
desicant maturant et triturant. Sepenumero aut utuntur calesaciē
tibus aromatibus: sepe et sublimatis: de aromatibus de melle vel
alio calesactorio: ita ut et de avena aquā ardente sine sublimatu fa-
ciant et bibant ad effugandū et repellendū algorem et frigus: aliter
ex frigore congelarent. Carent vino et oleo: et ne ineibriarentur prin-
ceps terre prohibet ne medo aut liquor inebrians in aliqua domo
reperiatur sub priuatione vite: nisi bis aut ter in anno ex admissi-
one principis. Monetam habent argenteam puri argenti dzingis
nominatam: maiorem et minorem: forme oblonge quadrangularē
non orbicularē non politam nec bene planatam. Estq; terra di-
ues argento et castodia vndiq; clausa: ut ne dum serui et captivi sed
et liberi indigne et aduenire exire abscq; literis ducis nequeant et hec
hactenus. Flumina in Moskouia sunt plurima: aliqua aut maiora
scitu digna enumerabo. Tanais nominatissimas flumius a tharta-
ris et moskouitis Don nuncipatus: fontes et originem habet in
Moskouia prope in ducatu Rzzenisi. Consurgit de terra plana ste-
rili limosa paludinosa et nemorosa: eamq; ad orientē solis proces-
sisset usq; ad metas Scithie et Thartarie: declinat ad meridiem et
perueniens ad paludes Meotides illic hostia tenet et ingreditur: est
tantus Tanais quantū dicere triplatum Tiberim post Romā in
mare Tirrenū decurrentē: aut quantū Danubium in duplo circa
Budam. Et doctrina astrologorū tenet: q; Tanais sit eius longitu-
dinis caius et Nilus fluvius Egypci: puta circa sexaginta gradus
longitudinis: et sicut Nilus a meridie ad mare Alexandrie descendit
sic Tanais a septentrione in Meotidas et mare Ponti desfluit. Nec
piget repetere quod supra dixi alia magna flumina ex Moskouia es-
se ova videlicet Dzuina: Volha et Dinepr seu Boristerem. Et cum
Moskouia sit regio plana non montosa: predicta flumina in di-
stantia nō valde longinqua a sciuicem ex terra plana nemorosa et

Liber secundus

paludinosa orientur. Maximusq; fluminis ille Volha in Tharta-
rico dictus Edel: tendens in septentrionem procedit ducentis miliari-
is usq; ad nissi Mouigrod quod sonat inferius nouū castrū: et
est in terra Moskouie illuc accurrit et ei pungit magnus fluuius
ex media Moskouia procedēs Occa cognominatus. Deinde octua
gita miliarijs germanicis Volha sub castrū Kosan quod dux mos-
kouie possidet: tandem sub castrū Sarai quod thartari tenent sicut.
Deinceps versus meridiē vigintiquinq; fluminibus tantis ut est
Tiberis in Roma: et alijs multo maioribus influit in mare Euxi-
num. Accipiat itaq; R. P. tna et ptra oēs aduersantes tuat et di-
cat q; prelibata flumina non de montibus: nec de radicibus monti-
um: qm ibi montes sunt nulli oriri et fluunt. Accipiat scđo q; mō-
tes Hiperborei et Riphēi de quibus emanasse illa flumina ab ali-
quibus fabulose scripta sunt: nec in Moskouia neq; in alijs parti-
bus septentrionis sunt: recteq; dicetur pfectos fore et nusq; existere
nisi forte in libro scripti aut picti et non in terra reperiiri affirmare-
tur. Accipiat tertio q; in dñio Moskor quemadmodū et in terris
Thurcor: hoies de loco in locū et de territorio in territoriū ad in-
colendū transferunt: et ali pro his cōmutatum mittunt et locantur.
Accipiat quarto in Moskouia vna lingua et vni sermonē fore
scilicet rutenicū seu Slavonicū in omnibus satrapijs et principati-
bus: sic etiā Obulici et qui in Viathka degūt ruteni sunt et rute-
nicum loquuntur: vnaq; sectā et religionē instar grecor tenet: om-
nesq; voladice. i. episcopi qui plurimi sunt patriarche Constantino
politano subsunt: et p̄firmationē ab ipso postulātes obedientiā pa-
mittunt. Preter thartaros Kosanēses qui ducē Moskor recogno-
scentes Machometū vna cū Sarracenis venerantur et linguis
thartaror loquunt. Etia preter alienigenas ad septentrione in sci-
thia cōmorantes qui sermone et linguis proprijs loquunt et idola co-
lunt: put in seqnti capitulo dicet. Accipiat quarto q; post terrā vi-
athka nuncipatā in scithiā penetrādo facit magnū idolū (Zlotā
baba) qd̄ interptatū sonat: aurea annus seu vetula: qd̄ gētes vicine
colunt et venerant: nec aliquis in primo gradēs aut feras agitando et
in venatiōe sectando vacus et sine oblatiōe ptransit: qnimo si mu-
nus nobile deest pellē aut saltē de veste extractū pilū in offertoriū
idolo proiecit: et inclinādo se cū reverētia pertransit.

CC Capitulū scđm de regionibus Scithie Perm Baskird
Juhra et Lorela per ducē Moskouie subiungatis.

De sarmatia europiana



Ost Moskoniam sunt gentes et regioes inter septentrionem et orientem in fine asie septentrionalis que proprie Scithia dicitur: principi moskouie subiecte: per Yuan ducem moskouie principaliter subiugate scilicet Perm: Baskird: Ziremissa: Juhra: Lorela. Perm monosilabum eit: inde terra permiska bissillabe permiska pronunciando: et fuit regio idola colens: quam Yuan dux moskoyz citra annos virginis baptisma percipere coegit: more rutenoy seu grecoy: et posuit eis voladicam. i.e. episcopum nomine Stephanum quem barbari post recessus ducis viuu excorauerunt et necauerunt: reuersusqz dux afflixit eos et alium denum presule constituit: sub quo tanquam noui christicole rutenum scisma et ritum profitentes permanent. Alio vero regiones pre expresse in infidelitate et idolatria persistunt. Colant solem lunam stellas bestias siluarum et quod eis occurrit: habent propria lingua et idioma. In terra permiska proprium idioma: in terra Baskirorum proprium: in Juhra proprium et in Lorela etiam proprium. In his regionibus non arant: non seminant: panes non habent: nec pecunias: feris siluarum que apud eos abundat vescuntur: et non nisi aquam bibunt. Morantur in densis siluis: in tugurijs ex virgultis factis. Et qz silue illas terras ptererunt hoies siluestres et ferinos effecerunt. Sunt velut bestie ratione non vtentes: vestimenta de lana non habent: pellibus teguntur rude et grosse pluientes varias pelles in simul: ex lupo ceruo vrso sabellis et scismis et ceteris prout sors obtulerit. Et quia ipsorum terre mineras non nouerunt: pro omagio duci Moskouie mineras non pendunt: sed pelles animalium silvestrium quibus abundant: proximiores oceano septentrionis ut iubri et Loreli piscantur et capiunt balenas seu vitulos et canes marinos: quos ipsi vor vor appellant: et ex cute eorum parat redas bursas et kaletas arungiam aut pro impinguatione seruant et vendunt. In Juhra et corela sunt aliqui montes mediocris tumoris: non altissime elevatis: prout quidam putauerunt et scripserunt. Supra montes autem oceani qui mediocres sunt per totum septentrionem oceano adiacentes: scandunt ex mari pisces morsis nuncupati: dente sese supra montem continendo fricando et ascensum promouendo. Dumque ad summum montis peruenient ad ulteriora gressum promouendo: ad alteram partem montium volitando decidunt. Hoc ille gentes colligendo dentes eos satis magros latos et albos pondere gravissimos capiunt et Moskouitis pendunt atque vendunt: moskouite vero his vivuntur: ad Thartariam quoque et Thurciam mittunt: ad parandum magis

Liber secundus

omibus

nubria gladioz frameaz t cultroz : quoniam grauitate sui maiore
ac sortiore impressione impingunt t prebent impellentibus labora-
tibus preliantibus t occidētibus. Et memineris q supra dixi: hāc
esse illā Iuhram regionē Scithie : de qua egressi sunt Iuhri: a po-
sterioribus bugai t hungari dicti: qui ad Sotthiā ascendentis: ve-
hementer multiplicati transierunt maxima flumina circa paludes
Meotidas: intrauerunt Pannionam: t secundo regressu eam
occupauerunt possederunt: t in hanc diem tenerunt: suscep̄tq eiusdē
sermonis t loquela precise: nisi q addiderunt nostri hungari ali-
qua vocabula ex Glauonico idiomate: carū rerum que in Scithia
t Iuhra non reperiuntur. Verum in Pannonia Iuhri sunt christi
cole: in Iuhra vero patres eorum idolatre: positioresq t cultiores
sunt Hungari in Pannonia: omnibus delicijs pleni (quamvis in
toto ferocitatem nondum deposuerunt) quam Iuhri septentriona-
lissimi in Iahra: qui in toto silvestres sunt bestiales t in frigidissi-
ma regione miserrime degentes. Insuper memineris in his regio-
nibus Scithie ad oceanū septentrionis: non esse magna flumina:
sed esse quasdam rupes t montes mediocris molis t non excellen-
tissime celsitudinis inaccessibilesq: velut aliqui historici antiquo-
res protulerunt t scripsierunt. Potius itaq secundum experienti-
am dicissent: de nemoribus t densis silvis eos exiisse: quam de in-
accessibilibus montibus.

finis descriptionis utriusq Sarmatiae:
Mathie de Myechow:artium t
Medicine doctoris.

Excusa Auguste Vindelicor. Anno virginis partus
A.D. D. xviij. die vero. iiij. mensis Augusti.



Biblioteka Śląska.

233163

II

kdd — 914/65 100 000 szt.

Biblioteka Śląska

233163

II

CIMELIA